



Liber primus.
I.

Liber primus

Philosophia

Franciscus Breitkopf

Romae 6 Novembris 1856.



Prooemium.

Studium philosophiae aggressuri, studium sane gravissimum sed etiam jucundissimum, non alio omine id faciemus, optimi ac carissimi, nisi Ejus nomine invocato, qui summa est Veritas, summa Ratio, summa proinde Sapientia.

Et jure quidem merito. Nam philosophia definitur studium sapientiae. Quomodo igitur sapientiae studebimus, nisi sapientiam ipsam ~~[illegible]~~ propitiam habeamus. Sapientiam inquam ipsam – non enim vana est vox sapientiae, non umbra ulla, non sine re phantasma. Avertat nos Deus ab h. m. delirio, avertat ab huj: m. philosophia, ut sapientiam abstractum quidquam dicamus, aliquid purum et putum formale, quod nisi in mente humana alias non existit: absit ut h. m. idolum in ara collocemus, et sacrilega eidem offeramus incensa. Absit id omnino a nobis. Sapientia est vere et existit et vivit, immo vero, si quid tandem est, haec certe est, si quid existit, haec quam maxime, si quid est verum, haec est veritas ipsa. Sapientia et cognoscit et videt et audit, ipsa et agit et creat et gubernat, ipsa et illuminat et loquitur et docet, et haec omnia ut sacro dicam eloquio: „ Sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante aevum." / Eccl. I. 1. / in illa est spiritus intelligentiae, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans, bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens et qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis, omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia, attingit enim ubique propter suam munditiam / puritatem /. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, et ideo nihil inquinatum in ea incurrit, candor est enim lucis aeternae, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius / Sap: VII, 22–26/.

Haec omnia sapientia est, sed non hic finem habent laudes et praeconia ejus. Nam solum est, sed et agit: „ Cum sit una, omnia potest / ibid / VII, 27 / omnium est artifex / VII, 21. / et in se permanens omnia innovat / VII, 27 / attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter / VII, 1. / et non solum agit ipsa et creat et gubernat, sed et scit omnia et alios docet: „ doctrix enim est disciplinae Dei et ~~Doctrix~~ electrix operum illius / VIII, 4 / scit praeterita et de futuris aestimat, scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum, signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et saeculorum / VIII, 8 / prudentiam docet et justitiam et virtutem / VIII, 7 /. Et non jam secreto aeque in aures sed palam, sed coram omnibus: „ Numquid non sapientia clamitat ...

dat vocem suam? in summis excelsisque verticibus, supra viam, juxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur dicens: O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum... Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea, ut recta praedicent. Veritatem meditabitur guttur meum, meum est consilium et aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.... meum sunt divitiae et gloria, opes superbae et justitia... in viis justitiae ambulo in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me et thesauros ~~eorum~~ eorum repleam. /Prov: VIII, 1-19/: Nunc ergo, filii audite me... audite disciplinam et estote sapientes /ib: 32, 33:/—

Carissimi, haec omnia sapientia est. Quae sapientia cum talis ac tanta sit, attendite, quaeso, quallem etiam nobis fructum praebeat, quantum afferat bonum.— Sapientia, inquit filiis suis vitam inspirat, et suscipit inquirentes scot praeibit in via justitiae /Eccl: IV, 12/... qui tenuerint illam, vitam haereditabunt /IV, 14/ qui intuetur illam, permanebit confidens, si crediderit ei haereditabit illam— /IV, 16, 17/ et ipsa firmabit illum, et denudabit absconsa sua illi, et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum justitiae /IV, 20, 21/.. Beati, qui custodiunt vias meas, "clamat ipsa," beatus homo, qui audit me et qui vigilat ad fores meas quotidie et observat ad postes ostii mei" /Prov: VIII, 32, 34,/ Ego diligentes me dillego et qui mane vigilant ad me, invenient me /VIII, 17/. qui me inveniret, inveniet vitam et hauriet salutem a Domino /VIII, 35/—

Carissimi, hanc imaginem sapientiae si fido oculo intueamur, quis ille tandem qualisque est, quin eam suscipiat, quin teneatur sancta reverentia, quin perfundatur sancta laetitia, quin prorumpat in immensum desiderium, quin effervescat in ardentem amorem et eam teneat ut diligat, ut amplectatur ut possideat! Quis non cum sapiente attollat vocem et clamet: : Super salutem et speciem dilexi eam proposui pro luce habere illam /Sap: VII, 10,/ et proposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius— /VII, 8, 9./ Hanc amavi et exquisivi a juventute mea, et quaesivi sponsam eam mihi assumere et amator factus sum formae illius /VIII, 16./ Intrans in domum meam conquiescam cum illa /VIII, 16./

O beatam quietem! Quis eam ibi intelliget, quis edisseret? Haec est ultima intima, secreta, amoenissima, sacratissima aula, imo ipsa illa mystica sedes, thronus ille plane divinus, ad quem post omnes labores, aerumnas, bella, victorias omnia discrimina rerum perducit tandem sapientem sapientia, et collocat eum ibi in aeternum. Quis nostrum potis est hodie adeo sublimem finem intueri? Sane, in ipso tantum limine sapientiae hodie consistimus, ad fores ejus pulsamus, docet modestos nos esse. Sat erit hodie si ex hoc limine salutaverimus sapientiae templum, et adoremus illam

divinitatem, qui in ejus sanctuario residet. Sat erit, si mentes ad ipsam erigamus, ipsique supplicemus, enixe, ut in nos ad suum studium procinctos hilarem vultum convertat, ut nos tueatur, illustret, foveat, et ad se tandem felicissime perducat.

Verum enim vero, rectene haec omnia praefati sumus et studium philosophiae adientes consultene fecimus, dum illam sapientiam e limine salutaverimus, quae vera quae summa, quae divina sapientia est? Nonne potius haec sapientia Theologiae est possessio, ipsius hereditas ac gloria? Non improbe quidem de hoc dubitari posset; sed nos nihil tale veremur. Neque enim veremur omnino affirmare et prorsus asseverare eandem esse sapientiam, quae et theologiae et philosophiae occupet regnum. Non dividitur sapientia, non scinditur, non secatur in partes. una est, una regnat, una imperat. Sint licet diversae provinciae, manet nihilominus unum tandum regnum, sint diversa ministeria, unum est imperium, sint serviet cultores quam plurimi, una tantum est eorum regina. Si quod igitur discrimen invenitur philosophiam inter et theologiam, omne discrimen est ex parte disciplinarum, non ex parte sapientiae. Nimirum alio modo philosophia et alio modo theologia idem sapientiae servitium suum exhibet, alio aliud studium in eandem confert. At nihil omnino vetat, imo omnia suadent, omnia jubent ut eadem industria, eadem diligentia, eadem alacritate ac zelo utraque disciplina in suum studium incumbat, ut suae patronae famuletur.

Recte igitur et consulte omnino ipsam salutavimus, ipsam invocavimus in hoc exordio operae nostrae. Restat tamen, ut diligentius scoscitemur, quae tandem sit relatio inter philosophiam et theologiam, scilicet, quae earum concordia, quod discrimen? Id est assequamur accuratius primum perscrutanda est natura[2] ipsa[1] et definitio philosophiae.

Ipsum philosophiae nomen quod, ut probe nostis, a duabus graecis vocibus derivatur, quarum altera φιλειν sive amo, altera σοφια, sive sapientia dicitur, ipsum hoc nomen studium sapientiae sancit, uti jam innuimus. Haec est prima ac generica philosophiae definitio. – Sed statim advertamus, quid in hac ipsa definitione jam certi inveniatur.

Duae scilicet res nobis occurrunt, quarum altera est <u>studium</u>[3] <u>sapientiae</u>[1] et altera[2].
Sed haec duo rursum alia duo supponunt omnino. Studium nempe supponit id, in quo, ex quo et per quod ipsum efficitur, quae certe est <u>ratio</u>. Sapientia autem si ad originem suam reducatur, et ad simplicem enuntiationem, idem erit ac <u>veritas</u> seu <u>verum</u>.

Igitur ad philosophiam conficiendam, duo termini requiruntur: ex una parte <u>verum</u> ex altera vero <u>ratio</u>.

Porro idem omnino requiritur et ad theologiam constituendam. Et in hoc quidem sita est concordia utriusque disciplinae. Imo haec concordia ulterius etiam progreditur.

Et sane si ulterius progrediamur, necesse est scrscitari, quid sit verum et rursum

quid sit ratio? Ad hoc respondendum est primo et generice, quod verum est id <u>quod cognoscitur</u> et ratio est id <u>quod cognoscit</u>.
Sed si ex hac generica responsione aliquid propius definire velimus, profecto statuendum nobis erit quod

1º Non cognoscitur nisi
   a, <u>quod est et</u>
   b, <u>quod aliquo modo se revelat</u>,

2º Non cognoscit nisi
   a, <u>quod aliquo modo comprehendit et reflectit illud esse manifestatum</u>
   b, <u>in quantum se revelat.</u> ×

× Unde:
1º Verum est id quod est et quod se manifestat relate ad cognitionem
2º Ratio est id quod suo modo comprehendit et in se reflectit illud esse manifestatum.

Haec definitio veri et rationis simplicissima est et omnino praesupponenda, antequam ad philosophiae ipsius studium accedamus. Nam ut in ceteris disciplinis aliqua sunt quae necessario disciplinam antevertunt et tamquam prima elementa in eam admittuntur, ita sane et in philosophia procedendum est. Esto nobis clarius postea haec elementa ipsa apparebunt, clarius et ratio et verum nobis innotescet, nunc tamen prorsus ita ingenue admittenda sunt nec aliter initium ullum studii nostri inveniri posset.
At vero haec ultima veri et rationis definitio est et ipsa communis philosophiae perinde ac theologiae. Et huc usque plane concordia utriusque procedit. Ex hoc autem dividuntur. Manifestatio enim sive revelatio veri duplex supponitur: altera <u>ordinaria et naturalis</u>, altera <u>extraordinaria et supernaturalis.</u> Ex eo autem, quod revelatio dupliciter se revelat, sequitur etiam quod ratio dupliciter ~~se revelat~~ apprehendat et in se reflectat illud idem verum.

Unde haec consequantur:
1º Philosophia tractat verum apprehensum per rationem modo simplicis cognitionis naturalis, id est per scientiam.
2º Theologia vero tractat verum apprehensum per rationem modo cognitionis supernaturalis, id est per fidem.

Et hoc est discrimen inter utramque disciplinam.
Jam vero ad philosophiam nunc omnino nos convertentes, exhibeamus opus est et expendamus potiora ejus momenta, in quibus omnis pendet. Sed haec materia sit alterius praelectionis.
Hodie vero sicuti proficiscentes a Deo, qui summa sapientia est, et ad quam ituri sumus, recte sumus exorti ut iter bene instituamus, ita jam in via constituti ad ipsum Deum confugimus, ut hanc eamdem vitam tuto perseveramus et absolvamus feliciter. Nam neque vos latet profecto, neque vos latere volo quam haec via periculosa sit et quanta opus sit vigilantia, prudentia, sollertia, maxime vero quanto auxilio ex alto ut inoffenso pede perveniamus ad metam. Ingredimur plane magnum ac profundum Oceanum, ubi ingentes procellae et magna fluctuum commotio, ubi gur-

gites et scopuli sine numero ubi Scyllae et Charybdes quaqua versum; nec satis:
innumerae etiam inimicorum classes viam undequaque obstruunt, ad bella paratae, insidiarum peritae, lucis et veritatis impatientes, erroris et necis amantes, quae prorsus omnia movent, nihilque intentatum relinquunt, ut nos capiant, vinciant, obruant, jugulent. Cum his nobis quotidie tumultuosa congressio, cum his die noctuque singulare certamen, nec pace, nec quieti locus.
Quomodo igitur curabimus ne animus demittatur, ne vires succumbant?
O carissimi, est profecto lumen, solatium, spes, auxilium, virtus, quae nobis in via isthac, a summa illa sapientia benigne est ac provide concessa, ne periclitemur, ne pereamus. Est stella hujus maris, est domina hujus pelagi, est quietatrix harum procellarum, est inimica inimicorum horum, est debellatrix et triumphatrix totius eorum ferociae ac vesaniae, est illa ad quam cantat universa plebs ejus: Gaude Maria Virgo cunctas haereses tu sola interemisti in universo mundo. – Illa, inquam, quae Dei sapientiae fidelissima est imago et sedes et tabernaculum, quae non immerito vocari potest ipsa sapientia creata. „Ordinata ab aeterno, ex antiquis, concepta ante abyssos, ante terram et cardines ejus, quae cum Deo erat, quando praeparabat coelos, cum eo cuncta componens et ludens coram eo omni tempore." / Prov: VIII / Illa inquam, quam audiens miratur Ecclesia, quid de se ipsa dicat: „Ego, ait, ex ore Altissimi prodivi, primogenita, ante omnem creaturam, ego feci in coelis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram. Gyrum coeli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi et in fluctibus maris ambulavi et in omni terra steti, et in omni populo, et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium et humilium colla virtute calcavi; et in his omnibus requiem quaesivi et in hereditate Domini morabor. / Eccl. XXIV 5–11. / Illa igitur, inquam quae talis ac tanta effecta est, quae talia ac tanta praestitit, ipsa id etiam curabit, ut nos similes efficiamur sapientiae quidem filii, sapientia prudentes, sapientia fortes, eadem duce, eadem gubernatrice, in omnibus Mariam sequentes, eodem quo et ipsa perveniemus, ad illam scilicet summam requiem, ubi beati in hereditate Domini morabimur, quae est sapientiae ultimus finis, et illa quam introspeximus initio, suprema et aeterna sedes.
O quam laeti tunc cum Maria et ipsi clamabimus: Tum praecepit et dixit mihi creator omnium, et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. / ibid. 12. /
O sane beatam quietem! Quietem sapientis in hereditate Domini, et quietem Domini in tabernaculo sapientis. O carissimi, hic esto felix finis studiorum nostrorum. Ac utinam faxit omnipotens et misericors Deus, ut hoc fine una simul omnes tandem potiamur.

Notio philosophiae.

Ex tradita philosophiae definitione apparet quod sit disciplina per quam ratio tractat verum a se apprehensum modo simplicis cognitionis, id est naturalis, i.e. per scientiam.
Ratio est veluti speculum, verum autem veluti objectum, quod in ipso reflectitur.
Ad hanc igitur disciplinam rite condendam inprimis requiritur ut ratio ipsa ad amussim exploretur.
Quod eo vel magis faciendum est, quia ratio est huj: m. speculum, ut nisi in ipso et per ipsum nihil nobis de vero constare possit. Nisi ergo probe ratio pernoscatur et ejus vis nativa veri apprehendendi in tuto panatur, nihil unquam de vero scire poterimus.

Supponendum quod postea probandum: rationem nihil ex se habere. Nam incipit, postea successive augetur. Habet tamen formam primordialem, seu potentialem aliquam, seu legem innatam, juxta quam apprehendit et reflectit verum. Quae lex est necessaria. Ejus natura, ut verum (formam) illam expleat, falsum vero in ipsa non possit collocari, nisi vi et tum etiam male habetur, torqueturque. Namque ratio non nata errori.
Haec lex est fidejussor et satisdatio veritatis. In illa requiescit tota securitas.

Hinc sequitur: scientiam ipsius rationis et ejus legis ante omnia necessariam veluti fundamentum esse universae philosophiae.
Disciplina, quae tractat de hac lege rationis Logica vocatur.
Haec est prima philosophiae pars.
Constituto ita instrumento veri ac forma ipsius veri in ratione /formula idealis/ jam ipsum verum tractari potest.

Dici potest universam philosophiam in logica contineri, sed modo formali; sicuti /si parva licet componere magnis/ mundus in speculo continetur, sed modo representativo seu figurativo. Est enim discrimen illud inter formam materialem et spiritualem.

Verum tripliciter summatur necesse est: Primo, ut Simplex Esse secundo, ut verum, tertio. ut bonum.

1° Simplex Esse est: Esse relate ad non Esse, ad nihilum.

2º **Verum est**: **Esse** relate ad **existentiam** vel ad **suam formam** (per quam etiam se manifestat)

3º **Bonum** est: **Esse** jam **existens** relate **ad se ipsum**, sive est **aequatio existentiae cum essentia, forma cum Ente.**

Disciplina, quae tractat de **simplici Esse** quatenus se affirmat in oppositione ad **nihilum** est **Ontologia** sive **scientia de Ente.**

In hujus veritate adstruenda magnus nobis labor, nam errore opposito Hegel nunc primum in mundo locum tenet.

Disciplina, quae **Esse** apprehendit ut **verum** i.e. relate ad ejus **formam** et **existentiam** ac de ipso agit, generali vocabulo dicta est **Metaphysica.**

Scilicet per oppositionem ad physicam quae prius tanquam pars philosophiae admittebatur: Philosophia naturalis per oppositionem ad rationalem. Verum est oppositum ad non formam, ad Ens sine forma; Notandum ad Metaphysicam: Quum verum sit Ens quatenus se affirmat relate ad suam formam, hic sequitur, tot esse objecta Metaphysicae, quot formae Entium, saltem ad genera sua revocatorum, sed imprimis opponuntur sibi e diametro: Ens absolutum et Ens relativum. Hinc in duas imprimis partes dividitur Metaphysica.

Ea pars Metaphysicae quae hunc in modum tractat **de summo Ente** scilicet de **Ente absoluto**, i.e. **de Deo optimo maximo** ab ipso vocatur: **Theodicea.**

Extra Deum plura sunt objecta jam relativa omnia, quae tamen vel rationalia vel irrationalia sunt.

Ea pars, quae **de mundo** quae de ejus rerumque omnium natura, ac generali conditione et lege disputat **Cosmologia** nomine insignitur.

Huc revocanda physica sed et mathematica et quae ex utriusque conjunctione nascuntur: astronomia optica, mechanica, ceteraeque hujusm. disciplinae. Certe physica dat materiam, mathematica formam. Hic multum esset dicendum, saltem praecavendum contra philosophiam naturae recentiorum, quod tamen ad alium locum deferimus.

Quae de **rationali Ente** seu potius de **homine** disserit, ea Metaphysicae pars minus recte **Psychologiae** rectius omnino **Antropologiae** titulum ~~de~~ sibi usurpat.

De universo enim homine agit, uti est compositus ex **anima** et **corpore**. Ea quae in sola animae natura ejusque operationibus versari consuevit disciplina recte **Psychologia** nuncupatur. Illa autem, quae corpus considerat et illud utique vivens **physiologia** appellatur, cui ceterae adjungendae sunt medicinae partes.

Nunc vero ea disciplina venit, quae **Ens** considerat ut **Bonum**, haec est tertia pars totius disciplinae **de Ente**, quarta vero et ultima universae philosophiae; haec generali **Ethicae** seu **Philosophia moralis** vocabulo distinguitur.

Bonum est Ens, quod consummavit suam existentiam, quod explevit suam formam, vulgari verbo: quod adeptum est suum finem. De Ente absoluto silendum est. Nam ejus forma ignota nobis nisi eam revelet ipsam. Conjectari aliquid potest, nihil certi sciri. De homine solum disserendum. Forma ejus ultima / ultimus finis / illa, quam Deus praepositam tenet. In ipso Ente eae sunt facultates, quae illud formae illi conformantes, tandem in eam transforment. Alius ex parte Dei finis et praecepta / requisita / ex parte hominis facultates et labor. Sed haec praecepta et hic labor bifariam considerandus: intus et exterius et quidem ratione sola.

Ea philosophiae moralis pars, quae rem tractat ex parte hominis et ejus facultatum relate ad Bonum proprie Ethicae nomen sibi vindicat.

Ubi tamen notandum est, philosophiam ipsum bonum tractare uti verum potius, quam uti bonum. Ipsa tantum leges ejus proponit, explicat, monstrat, sed nihil eas nosse juvabit, nisi alia disciplina adjutrice ipsum bonum possideamus ac teneamus. Philosophia enim verum cum monstrat, tum dat et quamquam monstrat, non dat bonum; quod si dat, dat tantum ut verum.

Verissimum igitur est, quod diximus et definivimus: Objectum philosophiae esse verum et solum quidem verum. – Unde ii, qui definiunt: Scientia veri et boni assequendi, falluntur. Verum assequitur, non assequitur bonum philosophia, nisi ex ea parte, qua est verum. Disciplina, qua bonum assequi possumus, est Ascetica, quae peragitur non ratione sed voluntate / quamvis non sine ratione / non cognitione sed actu. Nobilissima est imo ista disciplina, quae proprie sapientia vocatur. Si philosophia, si scientia tradi potest, ad sapientiam commoneri solum quisque potest, nam dari sapientia non potuerit.

Ea autem pars ejus, quae rem considerat ex parte finis assequendi et praeceptorum quae hominem ligant maxime ejusdem vita in societate etiam moderanda proponitur haec pars disciplinam juris privati et juris publici constituit.

Logica.

Prooemium.

§1.

1, Logicam varii varie definiunt. Alii artem inveniendae veritatis et certitudinis acquirendae – Alii scientiam legum cogitandi, vel etiam scientiam demonstrandi et ratiocinandi – alii facultatem recte ratiocinandi, fontesque veri apprehendendi, sive etiam facultatem seu scientiam, qua mens in exqui-

renda veritate dirigitur — alii et hi recentiores /Hegel/: scientiam purae ideae — aliter demum alii atque alii.

Notanda praeclara Ciceronis descriptio:

"Ea est scientia, quae per omnes sapientiae manat et funditur, quae rem definit, genera dispertit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat" / Tusc. quaest. V /. Quorum verborum ultima solum in pejus notanda sunt.

2, Nobis Logica est simpliciter: Scientia rationis, quod et ipsum vocabulum sonat, rationis utique et cogitantis et ratiocinantis, et verum apprehendentis, imo etiam in formam veri transeuntis, et ita se perficientis, quae omnia hac una voce scientiae rationis rati sumus exprimere.

De aliis Logicae definitionibus res quo fiat clarior — non potest Logica definiri:

Ars inveniendae veritatis et certitudinis acquirendae /ceterum veritas apprehenditur, non invenitur, et deinde prius requiritur instrumentum/, quia non agimus de ratione quadam mortua vel non nata — neque bene definitur Logica uti scientia legum cogitandi vel legum ratiocinandi, nam et naturam et finem rationis manifestat praeterea. Denique non est Logica simpliciter facultas, sed omnino aliquid actu:

Quod definit Hegel Logicam esse scientiam purae Ideae, seu universim Ideae, id recte dici posset, si Idea tanquam forma Entis tractaretur. Nam forma Entis, quum sit idem ac verum ipsam rationem informat. Atqui /Hegel/ Ideam pro ipso Ente sumit — unde apparet illam definitionem propterea vitiatam esse quia supponitur ipsum Ens / Ideam Hegelii / informare rationem. / conf. Hegels Encykl: §. 19. / "Man kann wohl sagen daß die Logik die Wissenschaft des Denkens, seiner Bestimmungen und Gesetze sei; aber das Denken als solches macht nur die allgemeine Bestimmtheit oder das Element aus, in der die Idee als logische ist. Die Idee ist das Denken nicht als formales Denken, sondern als die sich entwickelnde Totalität seiner eigenthümlichen Bestimmungen und Gesetze, die es sich selbst gibt, nicht schon hat und in sich vorfindet."

Si haberet suas notas et leges, esset aliquid objectivum extra rationem formae Entis in se existentis, — explens rationem: Idea tunc esset formalis; — sed quum haec non habeat /quum in ipsa ratione se evolvat ad suam formam/ ideo in ratione non est formaliter, sed realiter, sicut Ens in sua forma non est formaliter sed realiter. Recte quidem ratiocinatur, sed falsum profert, imo falsissimum. —

§. 2.

3. Logica naturalis dicitur actus ipse recte ratiocinandi suapte sponte procedens. Haec naturalis Logica non est scientia, sed est ipsa ratio in actu, sc: ratio operans et recte ratiocinans.

Falluntur ii, qui eamdem dant definitionem et naturalis Logicae et artificiosae, et discrimen non nisi in eo constituunt, quod altera sit natura duce, altera arte comparata, - vel quod altera sit minus clara, altera ad certam et claram notitiam deducta. —

4. Logica quae ad oppositionem prioris dicitur artificiosa vel scientifica sola est scientia: nam haec omnino est, quae ipsam rationem in actu, ac proinde ipsam Logicam naturalem, pro Objecto sumit, eamdem cognoscit, de eadem tractat. —

Discrimen quod intercedit inter deambulationem et dynamicam, inter sanguinis circulationem et physiologiam et universim inter objectum scientiae et ejus scientiam, idem occurrit inter Logicam naturalem et artificiosam seu verius scientificam.

§. 3.

5. Logica huj: m. et ars est, et scientia. Siquidem scientia definiatur: Cognitio certa et evidens rei, rei inquam quae latepatet, sc: in ejus causis et natura et ultimo fine ars vero definiatur. Praeceptio quae dat viam rationemque faciendi aliquid. Jam vero utrumque Logica est procul dubio. — NB:

6. + Imo vero, non solum scientia potest Logica vocari, sed non immerito et scientia scientiarum; + instrumentalis tamen, sc: quae ceteris pro basi et instrumento inservit.

NB: Plerique antiquiores Logicam artem tantum aestimabant. Sed eorum logica omnis erat in Syllogismo, neque tractabatur ejus necessitudo cum vero. (Hoc sensu Aristoteles, quamvis profunde satis, vocat Logicam Organum sive Instrumentum Scientiarum.

NB + Huc pertinet Aristotelis dictum.
At praeclarius longe Augustinus, qui eam vocat Scientiarum judicem et formatricem. Nec memoranda minus recta
— Ciceronis enuntiatio: eam esse veri et falsi disceptatricem et judicem.

§. 4.

Quae scientia cum talis sit, jam patet quam sit utilis et necessaria. Utilis quidem: nam ipsa deficiente nec recte cogitare, praesertim cogitatione reflexa et scientifica, nec rite mentem aperire, nec docere, nec veritatem penitius perspicere, nec eam defendere et vindicare facile quis poterit. — Necessaria: nam sine ipsa ceterae scientiae addisci vix aut ne vix quidem poterunt; reliquae vero Philosophia ac Theologia nulla plane modo, etiamsi

tantum extrinseco, nec nisi in suis regulis Logica consideretur.
Intrinseco vero tam est necessaria unicuique veritatis studioso, eo ipso quod sit instrumentum et forma veri, ut ipsa omissa, etiam Verum praetermittatur necesse est.

Hoc tamen sumendum recto sensu. Scil. requiritur ad hoc negotium non omnino explicite, sed sufficit ut adsit implicite neque damus ei valorem realem, sed tantum formalem. Unde vapulat Hegeli: „Insofern über das Logische die absolute Form der Wahrheit / nos non dicimus absolutum / und noch mehr als dies, auch die reine Wahrheit selbst ist / notandum /, ist es ganz etwas anderes, als blos etwas Nützliches. Aber wie das Vortrefflichste, – das Freieste und Selbständigste auch das Nützlichste ist, so kann auch das Logische so gefasst werden. Sein Nutzen ist dann noch anders anzuschlagen als blos die formelle Uebung des Denkens zu sein." – / loc. cit. /

§5.

7. Ipsa Logica duplicem nobis exhibet speciem, unde et dupliciter partitur. – Nam primum exhibet nobis formam Veri, quae rationem informans, constituit formulam logicam / idealem / in qua et ex qua sunt omnia momenta ratiocinii et omnes leges et regulae ratiocinandi. Haec pars Logicae est Logica formalis. F'

Logica formalis supponit tantum veritatem principiorum, et occupatur in ostendenda ratione, qua ex datis principiis ratiocinium conficitur. Ratiocinium constat ex judiciis, judicia ex ideis. Unde:

8.) Tria sunt momenta Ratiocinii. Idea, Judicium, Deductio, una lex: Syllogismus.

Haec est materia Logicae formalis. –

Notandum. Omnia alia ad haec revocantur. Tota demonstratio et methodus, idem ac Syllogismus, uti videbimus.

§6.

9. Deinde Logica ita consideranda est, ut ostendatur, formam Veri non esse meram formam, sed esse realiter etiam vera. Quae hoc ostendit, vocatur Logica realis. Hoc autem fit, quando demonstratur formulam Logicam esse necessariam. Quidquid enim necessarium est, eo vel magis reale est. – Haec est materia Logicae realis. Parum enim est formam solam veri novisse, sed necessitudinem ejusque inter formam et Ens veri cognovisse necesse est.

Nunc singillatim de singulis.

F' Forma veri est ea, quae facit, ut Ens appareat ut verum. Forma veri informat nostram rationem, eo ipso producit aliquem actum in ratione. Ad qualemcunque actum requiritur actus primordialis, vel aliquis status primitivus actionis veri. Hic status est forma idealis, ex qua procedunt omnes rationis leges. ~~Logica formalis supponit tantum veritatem principiorum et occupatur in ostendenda ratione, qua ex datis principiis ratiocinium conficitur.~~ Ratiocinium constat ex judiciis, judicia ex ideis.

Caput I

De Formula ~~Ideali~~. logica

§ 7.

Formula idealis nihil [aliud] est, nisi ea forma, sub qua ratio necessario et semper cogitat, et sine qua cogitare non potest. Ipsa igitur est, quae rationem constituit in actu.

Hinc sequitur, nos non posse cognoscere rationem, nisi prius hanc formulam teneamus. Et hanc ob causam ab ipsa summimus exordium.

§ 8.

Oportet cum primis statuere rationem, seu potius eam facultatem, quae postea ratio erit, in primo suo statu nihil in se habere, i.e. sine forma esse.

Hac de re Sct. Thomas p. I q. 79. ar. 2. in acp. „Intellectus humanus) est in potentia respectu intelligibilium, et in principio est sicuti tabula rasa, in qua nihil est scriptum, ut philosophus dicit in 3 de Anima tex 14/.

Probatur I°. In suo primo statu Ratio est solum tanquam facultas. Haec ipsa facultas rationalis paulo antea non existebat, ac proinde non cogitabat. sed in ipso etiam primo instanti, quo incipit esse nec tunc quidem cogitat, teste uberrimo et experientia et re ipsa. – Ergo nihil in se tunc habet, seu quod idem est, invenitur sine forma.

Hanc probationem St. Thomas ita profert:

„Quod manifeste apparet ex hoc, quod in principio sumus intelligentes solum in potentia, post modum autem efficimur intelligentes in actu /loc. cit./.' Et addit: „Sic igitur patet, quod intelligere nostrum est quoddam pati..... et per consequens intellectus est potentia passiva (ibid/." –

Probatur II°. Si ratio in primo statu haberet suam formam, sine ullo dubio statim prorumperet in ejus manifestationem i.e. in suam affirmationem logicam, et deinde in alios actus. (Hoc non facit, ergo nihil tale habet.

Probatur III°. Facultas Rationis cum incipit jam habere initia rationalia non illico formam suam manifestat, [sed sensim sine saltu ad eam pervenit.] Atqui omnis progressus alicujus rei per gradus ad finem, necessario supponit, quod haec res habuit initium; ergo et progressus formae rationis ad suam perfectionem supponit, quod haec forma habuit in facultate rationis initium; sive quod idem est. quod tunc non erat, et ratio erat sine forma, nihil in se habens.

Hanc rem operosius aliquantulum, exposuimus nam maximi est momenti.

Juvabit in tota hac expositione analogia visionis. Ratio in primo statu similis est oculo vel in densissimis tenebris, vel clauso, vel constituto in aliquo medio, ubi nulla omnino sunt objecta visionis, quae luce in ipsam reflectant, et visibilem

efficiant. – Oculus in his conditionibus perfecto nihil videt etsi habeat facultatem videndi. /

§ 9.

Oportet secundo loco statuere: non esse rationem, quae sibi ipsa det formam, sed eam adquirere agente alia causa ab extrinseco.

Probatur I° Nam aliter deberet eodem momento, quo in cipit existere, etiam formam suam producere, sicut lux statim lucet, ignis non necessitat urere, et sic porro. –

Omnia entia sc. quae formam suam perfectam secum ferunt, imo a fortiori, si non solum secum, sed ex se proferrent. – /

Probatur II° Dato etiam quod non debuerit, statim suam formam producere, at certe deberet eam producere nulla causa ab extrinseco agente. Hoc autem non solum nunquam factum est, sed ne fieri quidem potest.

Prob: III° et praecipue. Si ratio sibi ipsi suam formam daret, deberet esse agens. Atqui nemo est agens nisi per suam formam, per quam existit. Ergo ut sibi daret formam, jam prius deberet existere in sua forma. Quod est absurdum.

Ulterius prosequatur analogia cum oculo. – Oculus certe / tanquam facultas videndi / non potest ex se ipse videre / producere visionem in actu. / Ad hoc requiritur 1° causa extrinseca, quae est forma rerum visibilis, et 2° medium, quod est lux. De medio postea. – Sed primum requiritur causa, illa forma rerum visibilis, quae intrans et occupans oculum / facultatem videndi / eam informat et ita facit visionem in actu; ex informi formatum, ex facultate actum.

His e diametro opposita statuit Hegel / Encl: §. 20 /: „Nehmen wir das Denken in seiner am nächsten liegenden Vorstellung auf, so erscheint es 1) als ... geistige Thätigkeit oder Vermögen ... das Produkt derselben / Denken als Thätigkeit / die Bestimmtheit oder Form des Gedankens, ist das Allgemeine, Abstracte überhaupt. Das Denken als Thätigkeit ist somit das thätige Allgemeine und zwar das sich bethätigende, indem die That das Hervorgebrachte, eben das Allgemeine ist / §. 28." /

Supponit igitur rationem facultatem esse, quae ex se ipsa agat, hujus. n. actionis productam esse ipsam formam rationis, quae forma est Universale et Abstractum in genere. Ex his principiis falsissimis quidem, rectam sed falsissimam facit conclusionem, nimirum: cum Universale sit forma rationis agentis, rationem etiam esse Universale agens ex se ipso et se ipsum / das sich Bethätigende /.

Quam falsa haec sint, ostendunt, quae supra diximus et probavimus. –

§ 10.

Oportet tertio loco statuere: quod illa causa ab extrinseco, quae producit formam

in ratione, non potest esse Ens irrationale. –

Probatur I° Nemo dat quod non habet. Atqui Ens irrationale non habet formam rationalem, (quia esset et ipsum rationale) Ergo formam rationalem dare non potest.

Probatur II. Si Ens irrationale produceret aliquo modo formam in ratione, id non potest efficere ut causa, sed tantum ut occasio. – Atqui occasio non agit ut causa sed tantum verae causae dat locum agendi. Ergo Ens irrationale daret tantum Rationi locum agendi, et ipsa esset vera causa, quae produceret suam formam. Jam vero Ratio nondum existit ut causa, eo ipso, quod non habeat suam formam, nec sine forma agere potest. Ergo Ratio a nulla unquam occasione poterit moveri, ut agat tanquam causa. –

Ergo Ens irrationale ne occasionaliter quidem potest Rationem producere in ejus formam.

Haec ultima probatio est ineluctabilis: Ratio sine forma non potest agere. – Occasio cum non det formam ipsam, non dat rationi id, quo possit agere.

Occurrit rursum exemplum oculi, aptissimum sane. Oculus in tenebris positus movetur occasionaliter ab aliis sensibus, quae sentiunt, tangunt, audiunt etc. diversa objecta. Sunt hae occasiones excitantes ut videat, sed cum non adsit forma visibilis rerum, quae sola est causa videndi, dans formam visionis oculo, oculus profecto ex se ipso dare sibi hanc formam non potest, nec proinde ipse fieri causa videndi, ob occasionem excitatus ad agendum.

Occasio non dat locum agendi, nisi ei causae, quae existit, i.e. quae habet formam. Ita rosa in pleno lumine posita, sed quam non adverto ob aliquam causam, illico odore suavissimo, quem emittet, movet me, ut ipsam quaeram, ac paulo post forma sua fecit meum oculum. Odor erat occasio, forma vero erat ipsissima causa meae visionis.

Est et alia ratio, cur occasio non possit producere hunc effectum. Quia nimirum effectus est diversae naturae. Sed hoc in seq. §.

§ 11.

Oportet quarto loco statuere: causam ab extrinseco producentem formam in ratione, esse necessario Ens rationale, jam in sua forma existens.

Prob. I Eo ipso, quod aliae causae sunt exclusae et haec sola remanet, consequitur hanc solam necessario esse causam illam, de qua agitur.

Prob. II Omnis causa producit effectum justa suam naturam, et omnis effectus producitur tantum ex simili sibi causa. et haec ad minimum: nam causa posset vel deberet esse etiam sublimioris naturae, quam ejus effectus. Jam vero solum Ens rationale est rationalis causa. Ergo solum Ens rationale potest producere formam rationalem, qui est effectus ejusdem naturae.

In hujus argumento includitur etiam alia ratio, cur occasio non possit hunc effectum producere; nam occasio petita ex rebus

sensibilibus est natura materialis, effectus vero / forma rationis / est natura rationalis.
Exempla possent multiplicari quae rem magis illustrent. Ita nulla res movetur ab alia, quae est in requie i.e. sine motu, sed ab ea, quae ipsa habet motum. –
Nullum Ens vivens oritur ex non vivente; vel animatum generatur a non animante et sic porro. /

Probatur III Ex experientia omnium Gentium ac saeculorum, qua constat facultatem rationalem homini insitam nunquam ad actum, sive ad suam formam pervenisse in individuo humano extra societatem constituto, i.e. extra consortium cum aliis entibus rationalibus, licet non pauca hujus modi exemplaria identidem sint hac et illac reperta.

Argumentum hoc fusius erit tractandum ubi de sermone et ejus ordine disputandum erit. Hic tamen notare oportebat.

Oportet quinto loco statuere: §. 19.

causam proximam quae informat rationem non esse Ens rationale per se, sed per suam formam, quam manifestat et manifestando communicat, et ita illam rationem informat.

Probatur: Nam Ens non existit, nisi per suam formam, proindeque nec agit, nisi per ipsam. Ergo et Ens rationale in hoc casu.

Haec res declaranda est potius quam probanda, nam veritas ejus evidens est. Declaranda autem potissimum ex parte formae i.e. quid tandem intelligamus per formam. – Formam enim ubique supponimus, nec tamen ex professo hujusque exposuimus. – Sed forma huj. m. est vox et ars, quae ab omnibus eodem modo intelligatur, necesse est, quinimo; et ab omnibus nota non potest non supponi.

Majoris tamen claritatis ergo possumus dicere, formam esse id quod aliam rem ab alia distinguit, quod unamquemque determinat, circumscribit, perficit, in suo Esse constituit. – Sane nullum Ens concipi potest sine sua determinatione / quam Hegel vocat Bestimmtheit /; hoc autem idem est ac dicere; quod Ens sine forma non existit.

Cur autem dicimus quod Ratio in primo suo statu existat sine forma i.e. quod non habuit formam. Non dicimus quod existat, imo contrarium dicimus, i.e. quod non existat tanquam Ratio, sed tantummodo ut facultas i.e. potentialiter. – Potentialiter autem existere est habere relationem ad existentiam, et ut ita dicam tendentiam, sed non est revera existere.

Rursum analogia visionis ad vocanda.

Forma visibilis rerum se communicat oculo i.e. facultati visivae et in ipso formam suam exprimit; ita forma Entis

rationalis ea est, quae se communicat Rationi, i.e. facultati rationali et ipsi imprimit suam etiam formam. /

§. 13.

Haec forma Entis rationalis manifestata ad extra alienae Rationi est ipsius affirmatio de se ipso.

Opus est sane, ut haec forma sit idonea, quae apprehendatur. Jam vero forma naturae rationalis non potest apprehendi a sensibus, qui sunt naturae materialis. Debet tamen apprehendi i.e. debet talem speciem exhibere, quae apprehendendi sit capax. Haec est affirmatio. –

Affirmatio fit ope sermonis, cujuscunque tandem sit ille naturae. De sermone plurima suo loco.

Haec affirmatio est Entis de se ipso. I.e. Ens se manifestans affirmat se ipsum. Haec affirmatio eo [illegible] recidit ac si diceret. Ego, qui loquor, sum ego ipse. Quae formula simplicius omnino per illud maximum verbum effatur. Ego sum, qui sum. (Hoc Ausspruch effatum duplicem sensum pati potest, juxta sensum, qui tribuetur ultimo verbo sum. Si absolute sumatur, tunc interpretatum ita sonabit: Ego sum qui sum ipsum esse, et ita soli Deo erit proprium, sed si relative accipiatur, sonabit. Ego sum, qui habeo esse, et ita etiam homini attribui poterit. (Haec affirmatio primum a Deo facta, postea a hominibus hodiedum repetita et semper deinceps repetenda, est illa ipsa forma, sub qua ratio jam existens et matura exhibet se visibilem, et intelligibilem rationi nascenti, et communicat se ipsi, et quam ratio nascens accipit a ratione jam matura, et ipsa ad actum suum et ad hanc eandem formam pervenit. /

§ 14.

(1) Oportet ultimo loco statuere: quod huj: m. affirmatio (forma extrinseca Entis rationalis) est quidem ex se intelligibilis, sed ex parte rationis non potest intelligi, nisi sit aliquod lumen, in quo tanquam in medio aliquo constituta sit et affirmatio illa et ratio, atque ita alia videatur et alia videat.

Sicut oculus non potest videre formam visibilem rerum, i.e. formam rerum non est ex se ipsa sola visibilis, nisi et ipsa et illa forma constituta sit in luce. Lux est medium, quod conjungit formam videndam cum oculo vidente. Oculus est causa instrumentalis videndi, forma rei est causa activa, sicut demum oculus est causa potentialis.

Haec omnino requiruntur et in ratione. Ratio est causa potentialis, lumen internum causa instrumentalis, seu medium, et affirmatio Entis causa activa.

Ad hanc rem apponit S. Thomas I q. 79. art. 1, ad 2, „Quidam dicunt, quod lumen requiritur ad visum, ut faciat colores actu visibiles, et secundum hoc similiter requiritur, et propter idem, intellectus agens (ita vocat lumen intellectuale a Deo participatum, ut mox patebit) ad intelligendum, propter

ci-

quod lumen ad videndum. /Alii dicunt, quod lumen requiritur, ut sit medium actu lucens. Tunc similitudo in eo tantum est, quod sit aeque necessarium, sed non in eo, quod propter idem." loc. cit. /. –

§ 15.

Hujusmodi lumen intellectuale illuminat affirmationem ipsam, et quod sub ea continetur, /quae affirmatio rationem percellens, eamdem deinde vero etiam rationem sua hac luce illuminat / et sic efficit, ut ratio videat et affirmationem et quod sub ea continetur.

Quod cum factum fuerit, ea lux fit deinceps propria rationis, sicut lux, quae forinsecus res physicas illuminat, cum oculum intravit, fit etiam ejus propria.

Discrimen inter lucem physicam et lucem intellectualem in hoc maxime positum est, quod illa foris haec intus et objecta primum, et facultatem visivam, vel intellectivam postea, una simul illuminet. – De hac re praeclare S. Thomas declarans etiam quid sibi velit per illud vocabulum Intellectus Agentis quem supra commemoravimus. Sic ipse p. I q. 79. art. 35. u. 5. „Oportet, inquit, ponere in ipsa anima humana aliquam virtutem ab illo intellectu superiori participatam, per quam anima facit intelligibilia in actu .... Oportet dicere, quod in ipsa sit aliqua virtus derivata a superiori intellectu, per quam possit phantasmata illustrare /i.e. in ideas convertere/ ... Nulla autem actio convenit alicui rei, nisi per aliquod principium formaliter ei inhaerens, ut supra dictum est. Ergo oportet virtutem, quae est principium hujus actionis esse aliquid in anima. Et ideo Aristoteles lib. 3. de Anima tex 18. comparavit intellectum agentem /i.e. intellectum praeditum illa virtute phantasmata illustrandi, sive faciendi intelligibilia in actu, i.e. ideas/ lumini, quod est aliquid receptum in aere /ita illa virtus a Superiori intellectu procedens est aliquid receptum in anima dans ei virtutem intelligendi./ Plato autem intellectum seperatum /sc. illum superiorem/ imprimentem in animas nostras comparavit Soli. – Sed intellectus seperatus secundum nostrae fidei documenta est ipse Deus, qui est Creator animae, et in quo solo beatificatur. Unde ab ipso anima humana lumen intellectuale participat, secundum illud Ps. 14. 7: = /Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine./.

Vid. I, 84 a 5

Cui luculentissimae doctrinae addit luculentiorem adhuc, q. 89. ar. 5. corp. „Aliquid in aliquo dicitur cognosci dupliciter. Uno modo .... sicut in speculo .... et hoc modo .... cognoscunt beati .... Alio modo: sicut in cognitionis principio; sicut si dicamus, quod in sole videntur ea, quae videntur per solem: et sic necesse est dicere, quod anima humana omnia cognoscit in rationibus aeternis, per quarum participationem omnia cognoscimus. Ipsum

enim lumen intellectuale, quod est in nobis, nihil est aliud, quam quaedam participata similitudo luminis increati, in quo continentur rationes aeternae /i.e. formae rerum intelligibiles in Deo, sicut in lumine physico continentur formae visibiles rerum./ Unde in Psalm. IV 6: Multi dicunt quis ostendit nobis bona? Cui questioni Psalmista respondet, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine," quasi dicat: Per ipsam sigillationem divini luminis in nobis omnia demonstrantur."

§. 16.

Ipse praesentiarum praescindere possumus et debemus ab illa questione, quid sub hac affirmatione contineatur, et ab illa alia, quae ex hac oritur, nempe Ens, quod sub hac affirmatione continetur, et quod ejus que rationem ita informat, principaliter, imo primo, et ultimo, et necessario esse Deum, quamvis non omnino immediate, tunc etiam ab illa alia questione quod ex huj: m. prima affirmatione statim et necessario exoriatur alia, quae sit affirmatio rationis de se ipsa, quaeque constituat conscientiam sui.

Haec questiones proprie pertinent tum ad Metaphysicam tum ad Psychologiam et ibi exponentur. Hic agitur de formula ideali, et ea tantum momenta adducuntur, quae accessaria sunt ad ipsam constituendam.

§. 17.

Affirmatio sola, in se spectata /facta in illo lumine et visibilis et visa, et intelligibilis et intellecta,/ tria omnino exhibet momenta: duo extrema et unum medium.

Primum momentum affirmationis est id, quod est affirmatum.

Secundum est id, quod affirmat, i.e. affirmans.

Tertium est nexus inter utrumque, i.e. quod affirmatum procedit ab affirmante, pertinet ad ipsum, seu quod affirmatum est affirmantis.

In hac affirmatione: "Ego sum, qui sum, illud qui sum est affirmatum illud ego est affirmans, illud autem primum sum facit, quod unum pertineat ad alterum, quod sit alterius. – Est nexus utriusque. –

§. 18.

Hujusmodi affirmatio sumenda est pro praesenti tantum logice, sive idealiter, in his suis tribus momentis. Nam si realiter sumeretur, tunc tota haec affirmatio cum suis tribus momentis constitueret unum tantum momentum, et quidem id quod est affirmatum. Tunc aliud momentum, scil: affirmans esset id, quod sub hac affirmatione continetur, scil: Ens ipsum quod affirmat.* Ac tandem nexus, utrobique quidem necessarius, sed in affirmatione logice sumpta, et ipse logicus tantum, hic jam fieret realis, scil: quod huj: m. affirmatio realiter esset producta, et realiter pertineret ad affirmantem.

Haec Synthesis est necessaria, – ipsa est perfecta et integra Synthesis omnium momentorum. Est necessario etiam a ratione percipitur. – Sed ejus necessitas in secunda parte Logicae demonstrabitur. – Id vero quod continet demonstrabitur in Metaphysica.

* seu potius forma Entis i.e. Ens in sua forma quod se affirmat

§ 19.

Sive sola sumatur Affirmatio, sive integra Synthesis Affirmationis cum quod sub ipsa continetur, semper tria habebuntur momenta, in illa quidem idealiter, in hac vero realiter.

Haec tria momenta si nunc certis et simplicibus terminis enuntiare velimus, loco affirmati, et affirmantis, et nexus, dicemus:

1º Forma,
2º Ens,
3. Proprium /Esse/

Proprium i.e. quod forma pertineat ad Ens, et Ens habeat formam, seu melius, quod forma sit in Ente, et Ens sit in forma.

§ 20.

Opus est sedulo notare lumen intellectuale, de quo supra, principaliter et maxime cadere super hoc tertium momentum, nempe: Proprium vel Esse, tam in una, quam in altera Synthesi. — Hoc tantum momento intellecto cetera intelliguntur.

Nam in ipse est ratio aliorum.

§ 21.

Et hoc erit operae pretium notare, Formam illuminari directe; Ens vero indirecte, et intelligi tantum ex intelligentia illius momenti, quod dicitur Proprium sive Esse. —

De hoc plura postea.

§ 22.

Quibus omnibus rite intellectis, discussis et admissis, si illam Synthesim velimus aliqua formula enuntiare nulla forte aptior erit, quam haec:

Forma pertinet ad Ens.

Et haec est formula Logica.

§ 23.

Quae omnia /ea scil: quae hucusque disputavimus / intelligenda sunt de ratione nostra, i.e. de ratione humana, ratione nimirum contingenti relativa, creata, seu quod idem est de ratione, quae habuit initium et quae de potentia deducta est in actum.

Notiones potentiae et actus praesupponuntur; clarius postea explicandae in Ontologia. — Potentia jam supra definita aliquo modo fuit, uti mera facultas, ens sine forma / proinde nondum vero existens / seu relatio ad existendum, tendentia in ipsum. Actus est Ens cum sua forma, per ipsam existens, est ipsa existentia actualis. / —

Inde sequitur, quod et formula haec logica ~~sit tantum formula~~ exprimat tantum formam Rationis creatae et relativae.

Sin autem agatur de ratione absoluta, quae necessario admittenda est semel admissa ratione contingenti, de illa debebunt contraria omnino praedicari.

Necessario admittenda: nam dari non potest series causarum contingentium procedens in infinitum. Sane cum nulla ratio subsequens sine praecedenti existere potest, oportet retro procedere non in infinitum, quod absurdum esset et contradictorium, sed ad aliquam primam rationem, quae talis sit, quae ex ipsa sit forma sui ipsius. — Sed hoc argumentum postea. —

§. 24.

1º Ratio absoluta nunquam fuit tanquam mera facultas i.e. sine forma, i.e. in potentia, neque unquam debuit vel potuit deduci ex potentia in actum.

2º. Ratio absoluta in primo suo statu, qui etiam est ultimus, est simul cum sua forma, et quidem perfectissima, i.e. absoluta, sicut et ipsa ratio.

3º. Ratio absoluta non solum non est passa aliquam causam ab extrinseco (i.e. quod nullo modo sit passiva); sed ipsa ex se est agens, et summe agens et causa omnium causarum rationalium.

Haec omnia non tam sunt demonstranda, quam potius notanda hic loci. — Sed dici possunt, jam esse aliquo modo demonstrata, ex iis scil: omnibus, quae de Ratione contingenti diximus. —

§. 25.

Quae cum ita sint etiam formula logica, ~~seu~~ ~~potius~~ ~~xxxx~~ qua exprimatur forma rationalis huj. m. contraria etiam erit formulae superius vindicatae, ac forte aptius enuntiari non poterit quam cum dicamus:

— Ens causat formam.

Prima formula logica est a posteriori, nimirum a forma ad Ens, haec autem est a priori, nimirum ab Ente ad formam. Illa ab extrinseco ad id quod intus, haec ab intrinseco ad id, quod exterius. Illa procedit ab effectu ad causam. haec a causa ad effectum. Si decet utramque rationem probare, primo illo modo relativam, hoc vero altero absolutam.

§. 26.

Haec tamen nihil vetant quominus ratio nostra semel ac in sua forma constituta est, etiam illam formam Rationis absolutae, quamvis suae contrariam intelligere et recogitare possit. — Hoc tamen facit non realiter, sed idealiter solummodo.

In sua formula logica Ratio nostra apprehendit formam realiter; nam affirmatio Entis est realis, et cum haec ipsa af-

formatio apprehendatur a ratione et sit in ipsa, hinc fit quod forma Entis se affirmantis intret in rationem realiter. — Sed non ita de Ente quam de ejus forma. Nam Ens apprehenditur a ratione tantum idealiter, per necessarium quidem nexum cum forma, sed per nexum tantum, i.e. per deductionem, i.e. logice et idealiter. Ergo cum Ratio recogitat formam rationis divinae, quae procedit ab Ente, non potest recogitare nisi idealiter. —

§. 27.

Forma rationis absolutae (Ens causat formam) est omnino realis: nam quod cogitat id et facit.

Absolute quidem si se ipsum cogitat, et ita est causa formae suae et existentiae. (Pater producit Filium). Si vero cogitat de Ente contingente, i.e. de nihilo, quod participare vult de suo Esse, tunc haec forma est realis contingenter, nimirum Ens quod Deus cogitat, causat virtute participata formam, quam etiam Deus cogitat, et cogitando facit, ut Ens eam faciat. —

6° Principia Hegelii in hoc sensu vera essent, sed deberent ad hanc regulam exigi. Cum tamen haec, quae sensu absoluto tantum vera sunt, studere optare iis, quae ex natura sua contingentia hinc fit, ut adeo ista et illa permiscat, ut nec illa nec ista aliquid veri retineant.

§. 28.

Forma rationis contingentis ex una parte realis est, ex alia vero idealis tantum. Realis ~~ex~~ ex ea parte, qua recipit in se affirmationem ab extrinseco Entis rationalis, i.e. formam ejus. Haec forma utique realis est, si nempe sumatur modo unius i.e. tanquam unum momentum in Synthesi illa realis Entis cum sua forma. — Hinc et in ratione realiter invenitur. Ex quo intelligitur quod, cum ratio dicitur realis, intelligi debet esse realis passive

Haec forma, seu affirmatio aeque realis est et extra mentem nostram et in mente, nam eadem est. Ergo et in mente nostra realiter invenitur. Ex hac igitur parte forma rationis nostrae realis est, realitate ab extrinseco.

§. 29.

Idealis est ex ea parte, qua illam formam ab extrinseco, realiter et modo unius sumptam, in ejus tria momenta dispertit, et idealiter in se repetit. Hoc modo fit altera forma illius primae formae, et cum illa prima sit realis, haec altera est idealis.ˣ — Porro haec ultima

ˣ Ex quo intelligitur rationem nostram activam esse idealiter tantum (!)

forma rationis, quae est vera forma rationis nostrae, formalis omnino et idealis, ipsa est, quam proprie vocamus formam logicam sive idealem, et quam illa formula logica exprimere curamus.

Hinc patet quod objectum cognitionis nostrae est forma realis rerum; hanc solam tenemus realiter; omnis deinde cognitio nostra de re ipsa, et scientia, est formalis tantum et idealis.

Ab his quam longe ab errat Hegel, imo quam contraria omnino et necessario quidem ex principiis, statuit et pronuntiat: „Indem Denken als thätig in Beziehung auf Gegenstände angenommen wird, — das Nachdenken über etwas, so enthält das Allgemeine (Form des Gedankens) als solches Product seiner Thätigkeit, den Werth der Sache, das Wesentliche, das Innere, das Wahre (Encycl. §. 21.)

Scilicet forma rationis (quod est Universale (si sumatur relative ad objecta) quae in ipsa ratione sint necesse est) haec forma est eorum essentia, et quidem producta ab eadem ratione seu Universali.

§. 30.

Cum huj: m. formula idealis jam est propria nostrae rationi eamque informat: tunc ope ejusdem ratio distinguit, quid in illa affirmatione recepta ab extrinseco fuerit activum, quid vero passivum. Activum refert ad extra, ad Ens scil: quod se affirmavit, passivum vero ad intra, scil: ad Ens aliquod intra se, i. intra eandem ipsam rationem latens: et ita pervenit in conscientiam ~~mei~~ sui.

Huj: m. duplex actio rationis per suam formulam logicam, et potius postactio quam actio, i. est actio posterior orta ex actione antecedenti ab extrinseco, et etiam est actio ex activitate sibi concessa.

Productum huj: m. actionis rationalis est conscientia sui, cujus prima causa est illa affirmatio Conscientiae alienae, sive forma realis Entis rationalis in meam rationem agens. — Inde meum Ego.

Apud Hegelium e contra, forma realis omnium rerum imo earum ipsa realitas est productum conscientiae mei, productum mei Ego. „Indem im Nachdenken ebenso sehr die wahrhafte Natur zum Vorschein kommt, als dies Denken meine Thätigkeit ist, so ist jene (die wahrhafte Natur) ebenso sehr das Erzeugniß meines Geistes und zwar als denkenden Subjekts, Meiner (d. i. meines Ichs) nach meiner einfachen Allgemeinheit (als des schlechthin bei sich seienden Ichs, — oder meiner Freiheit (l. c. §. 23.)."

§. 31.

Hujusmodi Conscientia sui primae simplicissima formula potest enuntiari: Id quod patitur sum Ego. Cum autem id quod patitur respondeat formae, Ego vero respondeat Enti, illa igitur prima formula

potest per formulam logicam converti in hancce aliam: Passio est forma quae pertinet ad Ens quod sum Ego, sive brevius: Formam suam recipit Ens meum, quod generice ad omnia applicatum erit:

Formam recipit Ens.

Et haec est forma realis Rationis contingentis, sicut illa: Ens causat formam, erat forma realis Rationis absolutae.

Forma realis rationis est ea, quae constituit rationem in actu, quae ex ea facit Ens, ut sit in se ipsa. — Et hoc est profecto Tò Ἐγώ, quod est Ens rationale, sive ratio ens subsistens. —

§ 32.

Quae non ita sumenda sunt quasi vero Ratio contingens jam nihil omnino ageret. Certe ipsum recipere jam est agere, sin minus primario, at saltem secundario, et verissime quidem: cum recipere nihil aliud ~~est~~ sit, nisi actionem in nos agentem in nostram convertere.

Hoc sensu superius citatus S. Thom: dicit intellectum agentem. Notandum Rationem contingentem agere hoc modo secundum suas facultates. Et hanc ob causam alia magis alia minus evolvitur. — Sed: quamvis eadem sit causa agens, et ejusdem virtutis, tamen pro vi respectiva causae re agentis /i.e. Rationis potentialis/ et reactio habet illos gradus in plus vel in minus. Dari etiam potest quod et causa agens, quando est mediata /Institutio humana et non divina/ non sit ejusdem virtutis i.e. non illius summae virtutis, quam prima causa agens rationalis /Deus/ habuit; sed erit corrupta et labefacta. — Certe tunc ratio recipiens, etiam optima et alioqui validissima, parvam recipit virtutem agendi; quamvis semper majorem in eadem conditione, ac ea, quae minus bona minus quae valida fuerit.

Hic forte obtrudetur nobis difficultas aliqua petita ex regno Vegetabilium Semen, ajunt, producit suam formam /plantam arborem etc./ ex se ipso. Negamus omnino. Nam et terra et aër et pluvia opus est, ut semen evolvatur. — Sed certe ajunt, haec omnia occasiones sunt tantum, non causae; nam causa est similis naturae, haec autem omnia non sunt similia. Diximus haec revera non esse similia, attamen subministrare materiam. Formam autem communicat illud Agens universale in natura, nondum certe satis exploratum, attamen nec tam ignotum ut de ipso id non possimus affirmare, illud agens, in unum, cujuscunque naturae materialis sive immaterialis illud tandem sit quod vocamus et lumen, et caloricum et Affinitatem chemicam /Electricitatem et Magnetismum/ et quae omnia probatissime quidem unum idemque Agens constituunt. Hoc Agens agit in

facultates depositas in seminibus, easdem ad reagendum excitet. (in illis scil: conditionibus terrae, aëris, etc. quae sunt in medio); et ex hac actione illius Agentis conjuncta cum re actione illarum potentiarum, quae sunt in seminibus, unum quodque in suam formam coalevit, juxta potentiam, quae in ipso invenitur.

Profecto eodem modo, juxta suam quaeque facultatem, rationes etiam potentiales respondent actioni summae illius Rationis agentis, fiunt et ipsae pro viribus plus, vel minus agentes, et pro actione quaeque sua perfectiorem vel deteriorem formam assequuntur.)

§ 33.

~~Ago~~ Jam vero, ut huic tractationi finem imponamus, ac omnia hucusque dicta uno percipiamus intuitu, hunc in modum concludere possumus.

Ratio tria maxima in se continet momenta;

I° Formam realem Entis rationalis, ~~quae~~ ab extrinseco se affirmantem et in ipsam rationem agentem, quod Ens rationale ultimo est Deus.

II° Formam logicam seu idealem, quae est reflexio et repetitio a Ratione facta illius prioris formae et quae potissimum constituit rationis naturam et legem.

III° Formam realem sui ipsius tanquam Entis rationalis, in qua (ab illa prima affirmatione passive accepta, ope formulae logicae) concluditur ad suum Ego.

§ 34.

Unumquodque ex his tribus momentis Rationis alia tria momenta in se continet quae enuntiatur suis formulis; ita ut unicuique ex illis formis sua respondeat formula; et quidem:

I^a Formula: Ens causat Formam
II^a —"— Forma pertinet ad Ens,
III^a —"— Formam recipit Ens
(Forma perficit Ens.)

§ 35.

Quae ut aliquo schemate evidentius ante Oculos ponantur, forte non absre erit omnia hac concludere figura: (ΛΟΓΟΣ / intellectus

ideale
reflexum
reale
ratio
activa
passiva
Ens causat formam
Formam recipit Ens
Deus
Ego
absolutum
contingens
intrinsecum
Reale ab extrinseco
Reale

§36.

Hac generali constitutione ac lege rationis nostrae satis explorata, jam nunc accedendum nobis est ad singula ejus momenta rite examinanda, quae sunt: Idea, judicium, deductio.

Caput II
De Idea.

§37.

Si juxta Augustinum „tanta vis in ideis constituitur, ut nisi his intellectis sapiens esse nemo possit: profecto eo vel magis nemo unquam philosophus poterit esse, qui non prius, quae qualesque sint Ideae, aut scite explicet, aut recte addiscat.

Hinc operae pretium erit ab Ideae accuratae definitione initium petere.

§38.

Vox ideae recentior est omnino, nec olim eadem acceptione sumebatur, qua nunc temporis hac voce utuntur. Apud veteres namque, praesertim vero apud Platonem et Platonicos, tum etiam apud Stum Augustinum juxta ac penes St Thomam et reliquos Scholasticos, eae tantum Ideae dicebantur, quae in Deo continerentur, et essent aeternae ac immutabiles formae omnium formandarum rerum.

Juxta Platonem non quidem in Deo erant, sed in intellectu aliquo, quem vocabat separatum. Tria namque principia admittebat aeque aeternas, scil: Materiam, deinde illum intellectum separatum, ac tandem causam agentem, quae erat Deus. In ejus opinione Ideae per se existebant, et ex ipsis constituebatur ille intellectus separatus.

„Juxta S. Aug. (loc. c. à. Lib. 83. 99. quaestione 46): „Ideae sunt principales „quaedam formae, vel rationes rerum stabiles, atque incommutabiles quia ipsae „formatae non sunt, ac per hoc aeternae, ac semper eodem modo sehabentes, quae divina intelligentia continentur. Sed cum ipsae neque oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod „oriri, et interire potest, et omne, quod oritur, et interit."

S. Thomas autem sic rem proponit: Ἰδέα Graece, latine forma dicitur: Unde per ideas intelliguntur formae aliquarum (aliarum) rerum praeter ipsas res existentes. Forma autem alicujus rei praeter ipsam existens ad duo esse potest: vel ut sit exemplar ejus, cujus dicitur forma, vel ut sit principium cognitionis ipsius, secundum quod formae cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente .... Quia igitur mundus non est casu factus, sed est factus a Deo per intellectum agente, ut infra pa-

tebit, /q. XLVI, ar. 1./ necesse est, quod in mente divina sit forma, ad similitudinem cujus mundus est factus. Et in hoc consistit ratio Ideae /I parte. q. XV ar. I./"
Imo clarius adhuc definit S. Thomas hanc rem eodem loco dicens: „Idea in Deo nihil est aliud quam Dei essentia," /l. c. ad 3/ - „non /tamen/ in quantum est essentia sed in quantum est similitudo /Exemplaris utique/ vel ratio hujus vel illius rei. - Unde /etiam/ secundum quod sunt plures rationes intellectae ex una essentia secundum hoc dicuntur plures ideae." /l. c. art. 2. ad 1./

§39.

Quas nunc ideas vocamus, veteres species nuncupabant, et quidem duplici sensu; Antequam Plato philosophiam ex materiali, qualis erat, ad dignitatem idealis evexit, ideae etiam seu species materialiter sumebantur, easque illi philosophi antiqui passim cum Democrito definiebant: Idola et defluxiones, quae a corporibus, quae cogitamus, intrant in nostrum intellectum, qui unus idemque est ac noster sensus.

Cfr. Arist. lib: de Divin. per somnum, c. 2. et lib: II de Anima text. 150 et 151.
Cfr. etiam S. Aug: ep. ad Dioscurum.
Omnia ap. S. Thom: p. I q. LXXXIV ar. 6. in corp.
- ubi haec etiam: „Antiqui naturales non ponebant intellectum differe a sensu. Et idest quia sensus immutatur a sensibili, arbitrabantur omnem nostram cognitionem fieri per solam immutationem a sensibilibus. Quam quidem immutationem Democritus asserebat fieri per imaginum defluxiones."

§. 40.

Plato, cui intellectus est aliud ac sensus, omnino immaterialis, nec organo corporeo in cogitando utens, ~~omnino~~ statuit ideas, quarum et vocabulum etiam ab ipso venit, similiter per se existentes, sine ulla materia, quae ideo et separatae vocari possent. Hujusmodi ideae separatae, si materiae communicentur fieri formas seu species sensibiles rerum, si vero intellectui nostro, fieri formas seu species intelligibiles earum, per quas easdem res cognoscimus.
Platoni igitur nostrae ideae nihil aliud sunt nisi participationes et similitudines earum idearum, quae vere et separate per se existunt, ~~sc: umbrae earum.~~ /*/

Prior sententia Democriti non indiget refutatione cum ex se falsa appareat.
Platonis sententia nobilissima est, sed non ex omni parte vera. Nam ideae per se non existunt, sed necessario existunt in intellectu /ubi Arist. contra Platonem lib. 3. Metaph. textu 10. ad finem. Cfr. S. Thomam LXV 1. ad 1./
Dato vero quod existant in intellectu, sc. divino non possent participari nisi directe unde sequeretur necessitas visionis intuitivae ipsius essentiae divinae quod admitti non posset.
~~Quod autem notandum, his non dari nisi umbras rerum, meras similitudines~~

*/ Modus, quo Plato asserebat hujusm. ideas communicari nostro intellectui x) similis illi esset, quo captivi aliqui in speluncam obscuram - ubi lux per unum tantum, idque satis angustum intraret orificium, conjecti atque dorsibus ad illud foramen conversi, cernerent in parte opposita parietis umbras ac spectra hominum, qui foris deambularent variis negotiis vacantes. F
- Ipse videtur suam doctrinam mutuatam esse a Pythagora; ipsum autem repetit Locke II. 11. 17./

x/ Juxta Reidium/
F Fallitur Reid qui has existimat fuisse Platonis ideas. Imo has vocat umbras idearum, veras vero ideas eas dicit quae sola ratione (νοῦς) apprehenduntur

§. 41.

Aristotelis sententia illas priores vicit, ac deinde per ingens viginti saeculorum spatium primatum in scholis tenuit. Ejus sententiae summa haec est.

1° Intellectus differt quidem omnino a sensu, attamen nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu. (Celebre placitum quod postea diversam fortunam expertum est)

2° Corpora per quamdam operationem suam (non defluxionem ut Democritus) emittunt in sensum et deinde in intellectum sensibiles impressiones, seu species seu phantasmata. (species sensibiles, propria sensui, phantasmata propria memoriae seu imaginationi (Reid. Essai II. 8.)

3° Haec phantasmata a sensibus accepta nullo modo ex se intelligibilia, Intellectus agens per modum abstractionis cujusdam, convertit in species intelligibiles quas deinde apud se conservat.

Aristoteli igitur, quas nos ideas vocamus, sunt species intelligibiles, factae per aliquam abstractionem ab Intellectu agente ad similitudinem specierum sensibilium, quas corpora in sensus emiserunt.

Quae sententia utpote aliarum princeps sedulo exquirenda est.

1. Falsum est, nihil esse in intellectu, nisi quod prius fuerit in sensu. Nam praeterquam quod Leibnitz satis opportune animadvertit: Nihil, inquiens, nisi intellectus ipse (sc. oportuit, ut jam fuerit in actu) id etiam verum est, quod multa sint in intellectu, quae nec prius nec postea in sensu sint, ut Deus ipse, verum, Bonum et maxime idea entis.

2. Falsum est, corpora emittere species sensibiles. Emittunt radios lucis quos reflectunt, seu potius lux reflectitur, et ipsa in sensum nostrum agit. Quae vero per tactum agunt, in his agens est cohaesio chimica, seu idem agens, quod et prius, sed divino modo.

3. Falsum est, dari Intellectum agentem ex se ipso, nam esset summus. Et ideo S. Thomas, qui hanc sententiam suam fecit, statuit intellectum agentem in anima habere virtutem participatam a summo intellectu divino. Et deinde si esset ex se agens, esset semper in actu, quod repugnat hypothesi, quam ipse admittit, eum esse prius possibilem

4. Falsum est per abstractionem fieri. Nam abstractio fit ab aliquo, quod prius quodam modo cognoscitur. Ab incognito non potest abstrahi. Jam vero species sensibiles supponitur non cognita ab intellectu, quia quod sensibile est, non potest agere in id, quod est Intellectuale, quum non possit sensibile esse nobilius Intellectuali, hic vero esset, quum agens sit nobilior patiente, juxta Philosophum i.e. Aristotelem (lib. 3 de anima tex 19.).
Unde species sensibilis non potest per se cognosci ab Intellectu. Ergo ~~non~~ nec potest ab ipsa abstrahi.

5. Falsum est, dari species intelligibiles. Nam tunc essent incrementa rationis nostrae ab ipsa procreata. Nos autem, quum de cogni-

tione loquimur, res ipsas cognoscere volumus, idque asserimus et non nostra figmenta.

Hoc in genere notandum in hujusm. theoria Idearum omnem certitudinem objectivam convelli. Et ratio peremptoria haec est: Si nos cognitione nostra non apprehendimus res ipsas sed tantum species earum, quisnam est fidejussor qui nobis det certitudinem, non jam quod hae species fideles sint, quod nimirum esset, sed omnino quod revera existant.

§ 42.

Carthesio placet Spiritum essentialiter esse actu rationalem, proindeque rationem semper extitisse cum sua forma, i.e. cogitasse semper, idque per ideas primordiales aliquas, quarum prima est conscientia sui. Has ideas vocat innatas.
Ceteras ideas statuit esse ope sensuum factas imagines rerum in cerebro, ac deinde in spiritu; ita ut spiritus non res ipsas apprehendat et cognoscat, sed tantum meras imagines rerum.
Haec ultima ejus sententia, tamen satis communi deinde calculo a philosophis probata est.
Ideae innatae quam false supponantur, ea omnia probant, quae antea de potentialitate (sit venia verbo) rationis exposuimus; quam his etiam Cartesius logice quidem sed gratuito negat, asseritque actum spontaneum sempiternumque rationis. Nec enim Ideae innatae forent nisi Intellectus semper in actu fuisset.

Quod attinet ad aliam partem doctrinae de ideis, quod sint imagines rerum ipse Cartesius sensit, quae portenta inde sequantur. Sequitur sc. nos de nulla re certos esse posse. et meliori certe jure id sequitur quam ex admissis illis Aristotelis speciebus. Unde ipse certitudinis fundamenta servare studens, omnem industriam operamque in id convertit, ut hujusm. fundamenta inconcussa remanerent. Sed quo tandem pacto? Recurrit nimirum ad Dei veritatem, Dei quem illis innatis sive verius non natis ideis cognovit et demonstravit. quatenus nimirum ille Deus, qui creavit sensus, non potuit eos fallaces creare.

§ 43.

Prior sententia Carthesii exploditur a Lockio, qui nullas vult pati ideas innatas.
Lockio ideae sunt primum generico Objecta cogitativa, sive id circa quod mens cogitando versatur (Lib. II c. 1. § 1.).
Deinde in duas species sive classes dividuntur juxta duplicem originem ac fontem ex quo procedunt. Ac primo quidem sunt: (perceptiones rerum, quas sensus nostri in mentem ingerunt. (lib. cit. § 3)
2° vero sunt perceptiones operationum, quae in mente sunt (ib. § 4.).
Illarum idearum origo est sensatio harum vero ~~reflexionem~~ reflexio.
Porro notandum est accurate in hoc systemate dici non posse cogitationem nostram ~~xxxxx~~ versari circa res vel objecta externa, sed objectum cogitationis dici debere ipsas ac solas ideas sive sensationis sive reflexionis.

Ex quo sequitur nullam nos habere posse certitudinem rerum externarum. Sentit hoc ipse Lockius, quum alicubi /Lib. IV c. 11. §. 8./ scepticum inducens, nihil respondet, nisi quod opus non sit, ut ad hanc objectionem a vigilante quidquam respondeatur. Quod tamen cum dicit, statim ac si sensisset si nihil dixisse incontinenter addit, „Per me licet tamen .... entium certitudinem in rerum natura existentium „quibus sensus nostri testimonium perhibent, tantam esse, quantam „vis mentis nostrae assequi potest, aut vitae hujus conditio postulat." Quae profecto nemo scepticus non aeque affirmaverit. –

Et profecto si tantum ideas cogitamus, de ideis tantum certi esse possumus.

Verum doctrina haec Lockii peccat ex alio capite eoque multiplici. Jam clarus Rosminius vitiò ipsi vertebat assive quidem merito, non posse ex suis principiis sive explicare sive etiam admittere ideam substantiae, quam tamen admittebat esse inter homines. Haec porro sunt Rosminii verba:

Piutosto che riconoscere qualche difetto nel principio del systema e confessare che i due fonti da lui stabiliti nella sensazione e riflexione non bastavano a produrre tutte le nostre idee egli trovò un altra via a cessare la difficoltá cioè quella di pur negare, che esista l'idea di sostanza... Io confesso, egli dice, che v'ha una idea, che sarebbe generalmente utile agli uomini, perché essa e il soggetto generale degli loro discorsi, ve essi introducono questa idea come se la conoscessero effetivamente; io voglio parlare dell' idea di sostanza, che non abbiamo ni possiamo avere per via di sensazione o di reflessione...

Et postalia: Voi partite dal ragionamento, e con esso e che escludete un fatto, questo non e conservare un metodo ottimamente da voi stabilito.

Il dire: l'idea di sostanza non esiste, perché non può esistere, perché non discende dalla sensazione e dalla riflessione, e appunto uno szagginare tutto a ritroro del buon metodo / da voi stabilito / Rosm. Dell origine delle Idea. I Ser. III c. 1. et 2. /

Sed non solum idea substantiae expiscari non potest ex illis fontibus Lockii. Ante omnia non potest inde haberi vel ipsa idea Entis, nec deinde idea pertinentiae sive proprie, aut idea causalitatis, quae tamen omnino requiruntur. Nam

sine idea Entis non possum scire an sensatio, vel mens mea, quae operatur revera existat; sine idea proprii autem non possum cognoscere an haec sensatio sit mea vel non mea, subjectum vel objectum, itemque in reflexione. Has autem praevias ideas, quae omnium idearum fulcimenta sunt, Lockii doctrina ne subolet quidem; puerilis sane ludus et non philosophica inquisitio.

§. 44.

Berkelejì placitum de ideis notatu dignissimum est, pro sua necessitudine cum prioribus sententiis, non minus ac pro sua enormitate. Ipsi in hac rerum natura duae tantummodo dantur rerum classes: ideae et spiritus. Ideae sunt res ipsae, nec aliae res in mundo dantur nisi ideae. –

Spiritus vero sunt subjecta, in quibus sunt ideae. De se ipsis autem spiritus ideas habere non possunt, nec ex reflexione quidem /et in hoc differt a Lockio/ sed habent notiones immediatas.

Berkelejo igitur reflexio non esse origo idearum, sed haec origo sola sensatio, imo sensatio est ipsa idea, et idea est ipsa sensatio. Notiones vero sunt aliquid ineffabile, nec melius ab ipso definitae sunt, quibus notionibus adscribere etiam videtur ideas illas, quae a memoria vel ab imaginatione creantur per reproductionem.

§ 45.

Coronam huj. m. doctrinae imposuit tandem Hume.

Hic de medio sustulit non solum omnem materiam ut Berkeley, sed etiam omnem spiritum, nec reliquit nisi ideas. (Is Ideas autem dupliciter considerat et

1° Impressiones vocat omnes nostras sensationes, passiones, emotiones etc.

2° Ideas proprie vocat imagines extenuatas illarum impressionum:

Quas quidem utrasque nullo ait inhaerere subjecto, nec esse aliquam substantiam in mundo; sed quod nos corpus dicimus esse collectionem impressionum, animam vero dicimus seu spiritum esse collectionem idearum. Sublata tandem idea substantiae non minus et ideam causae expungit ex numero idearum.

Celebris ejus explicatio ideae causae nimirum effectum ad causam nullam aliam relationem habere nisi quod sit aliud post aliud.

Tres proprietates naturales adscribit ideis: 1/ Ideas consociari sui similibus, 2./ consociari sibi continuis in tempore vel in spatio; / 3., iis tandem, quibuscum sunt in relatione effectu ad causam.

Sed haec tertia contradictio est, et juxta ejus systema jam in secunda invenitur. –

Französsy.

§. 46.

Contra scholam Lockianam surrexerunt Leibnitius et schola, cujus ipse est auctor. Ejus sententiae haec sunt momenta:

1° Mundus constat ex monadibus. Monas autem est substantia activa, simplex sine figura ac partibus, in se portans virtutem, qua producat ipsa omnes mutationes, quibus subjacet per totam existentiam suam.

Juxta Leibnitium alia monas in aliam agere non potest, Hoc proprium solius est Deus. Sed Deus ita ordinavit actiones respectivas monadum, ut aliae cum aliis coincidant et in se vicissim agere videantur, cum tamen in se non agant sed unaquaeque ex se et in se agat. (Haec coincidentia vocatur ab ipso harmonia praestabilita.

2° Omnis monas habet in se suas ideas, omnes quidem innatas et veluti cum ipsa connatas, insensibiles tamen, quas non omnis monas potest videre. Ideas in hoc primo earum statu vocat perceptiones.

3° Monades sublimioris naturae, inter quas anima humana, praeditae sunt virtute illas ideas innatas sive perceptiones reflectere, vocantur a Leibnitio adperceptiones.

4° Totus autem hic processus, quo ex perceptionibus fiunt adperceptiones, peragitur in ipsa monade nulla alia causa agente. Nimirum perceptiones dotatae sunt omnes certis aptitudinibus, instinctibus, virtutibus, quibus monadem ejus rei capacem expostulant, sollicitant, incitant, ut eas adpercipiat et sic transeunt in statum adperceptionis.

Leibnitio igitur omnes ideae innatae sunt, et omnes animae ipsarum ipsae auctores.

De his ipse Leibnitius: „ Itaque cum aliunde mihi exploratum sit principium (Harmoniae in genere ... non potui non hoc in systema delabi, quod adserit: DEum statim animam creare ea ratione, ut ipsa sibi producere sibique repraesentare ordinate debeat, quidquid in corpore transigitur, et vicissim corpus ea ratione, ut ex se facere debeat id, quod ab anima percipitur. Ita, ut leges, quae in finalium causarum ordine evolutionem praeceptionum (quae anima ipsa sibi producit) animae cogitationes colligant, debeant eo ipso imagines producere, quae corporum in organa nostra impressionibus respondeant, et vicissim ut leges motuum corporeorum in causarum efficientium ordine, sibi succedentium, respondeant cogitationibus animae, sic ut corpus ad agendum moveatur eo tempore, quo vult anima ut moveatur. (Leibnitii Tentamina Theodiceae pars I. §. 62. Ed. Francof. et Lips: 1739. Tomo II pag. 667.)

E 82

§ 47.

Eodem, quo et Leibnitius, tempore, suum condidit systema *Malebranchius*. Ipse cum Cartesio eximit ex idearum numero perceptiones internas ipsius animi cogitationum; ceteras vero per omnes per ideas cognosci pronuntiat. Ideae autem Malebranchio nec sunt objecta ipsa (Reid), nec ab objectis veniunt (Locke), nec ab anima producuntur (Leibnitius), nec eas Deus produxit animam creans (Plato), nec producit dum anima objectum cogitat (S. Thomas post Aristotelem), nec sunt animae perfectiones seu qualitates, quas in se haberet rerum omnium quasque videret (Hegel). Haec omnia Malebranchius eliminat. Ipsi placet, ideas esse ideas *Dei* ipsius, quas intellectus noster participat utpote unitus intellectui divino. —

§ 48.

Contra Lockiana ejusque scholae commenta insurrexit ex alia parte schola philosophica Scotorum, cujus princeps *Reid* haec de ideis docet:

1° Ideas esse perceptiones rerum ipsarum et quidem immediatas, quarum tamen nec modum, quo fiunt, nec conscientiam, qua cognoscantur, aliquando ab hominibus explicari posse contendit.

2° Admittit tamen judicium praecedere omnem perceptionem: judicium sc: primordiale aliquod ac naturaliter sive insitum, sive inspiratum menti humanae, unum vel multiplex, illudque indivisibile atque mysteriosum. — — Französisch.

Hujusmodi systema in rectam viam coepit philosophiam reducere, et multum ipsi debetur, cum postea veritates in ipsa conteutae opertorius explicandae assumerentur. Ejus imperfectio in hoc consistit, quod neque modum exhibet, quo fiat illa immediata perceptio sc:

An percipiatur res ipsa?

An tantum forma ejus?

Deinde nec satis judicium explicat primitivum illud et naturale et praecedens:

An sit spontaneum?

An sit participatum?

Imo huj: m. systema videtur in duas priores sententias se convertere, quod et perceptio apprehendat rem ipsam et quod illud judicium sit spontaneum, ac eo ipso non jam imperfectionis sed falsitatis arguendum esset. Nam si mens res ipsas percipiat et res cogitet, res etiam creat. et si sit spontaneum judicium, est etiam sui ipsius causa et ex se ipso existit.

Haec objicimus ex sententia nostra.

Ceterum clarissimus Rosminius qui ipse etiam hoc systema et approbat et confutat, in aliis feliciter, in aliis minus. Notata tamen dignissima est objectio ejus contra hanc scholam et maxime contra Reidii continuatorem Dygaldum Stewartum, quod neget ideas universales: „Reid non vuole che esistesse nulla intra

l'ogetto percepito e lo spirito percipiente, e questa è pure l'opinione di Stewart. Ora rispeto agl' individui stessi esistono: ma rispeto alle idee generali non avendo queste fuori dello spirito una esistenza, non ristava nel systema del Reid modo alcuno di spiegarle. Quindi lo Stewart prese il partito di negarle al tutto, affirmando ch'elle non sono che merissimi nomi. (Rosm. dell Origine delle Idee Sez. III cap. IV art. 19. Vol. I. pag. 130.)

§ 49.

Quod explicare Reidius non est ausus, id ut resolvendum suscepit Kantius, nimirum, quae sit illa naturalis conditio et primitivum judicium rationis, quae omnem antevertant apprehensionem.

Hoc se praestitisse ratus est in sua Critica purae rationis, de qua Rosenkranz ait: „Sie ist der Brennpunkt der neueren Philosophie. Alle Errungenschaften der vorgegangenen Bestrebungen concentrirt es in sich; alle neuen Richtungen, jeden ferneren Fortschritt bahnt es an .... Fichte, Schelling, Hegel und Herbart haben sich apologetisch und polemisch an ihr großgezogen (Vorrede zum II Bande von Kants Werken Leipz. 1838.) Et ad calcem: Engländer, Franzosen und Italiener müssen, wenn sie vorwärts wollen, denselben Schritt thun, den Kant schon 1781 machte. Nur so können sie sich von ihrer dermaligen schlechten Metaphysik, und den aus einer solchen sich ergebenden schlechten Consequenzen befreien ..."

Quam opportune!

Porro ex Kantio primum productum nostri intellectus est experientia quam ex solido consistunt et impressiones, et actio intellectus in ipsas.

Et est experientia non venit ex solis sensibus nec est hoc modo possibilis: „Erfahrung ist ohne Zweifel das erste Product, welches unser Verstand hervorbringt, indem er den rohen Stoff der sinnlichen Empfindungen bearbeitet. (Kritik der reinen Vernunft: Einleitung S. 17.)"

Intellectus vero statim advertit cognitiones ab experientia mutuatas empiricas teneri seu a posteriori esse, in se vero alias inveniri, nimirum a priori, quae experientiam ipsam possibilem efficiunt, imo etiam, quae omnem experientiam transcendunt. Ex hac distinctione procedit Kantii doctrina de ideis.

„Solche allgemeine Erkenntnisse nun, die zugleich den Charakter der inneren Nothwendigkeit haben, müssen, von der Erfahrung unabhängig, für sich selbst klar und gewiss sein; man nennt sie daher Erkenntnisse a priori, da im Gegentheil, das was lediglich von der Erfahrung erborgt ist, wie man sich ausdrückt,

nur

nur a posteriori oder empirisch erkannt wird /loc. cit./ Nun zeigt es sich, welches überaus merkwürdig ist, daß selbst unter unsere Erfahrungen sich Erkenntnisse mengen, die ihren Ursprung a priori haben müssen ... die unseren Vorstellungen der Sinne Zusammenhang zu verschaffen /ibi/ ... Was aber noch weit mehr sagen will, ist dieses, daß gewisse Erkenntnisse sogar das Feld aller möglichen Erfahrungen verlassen."

I. Modus, quo cognitio directe ad objecta refertur /medium cogitationis/ a Kantio vocatur intuitio.

Auf welche Art und durch welche Mittel sich auch immer eine Erkenntniß auf Gegenstände beziehen mag, so ist doch diejenige, wodurch sie sich auf dieselbe unmittelbar bezieht, und worauf alles Denken als Mittel abzweckt, die Anschauung. /Kritik d. r. Vern. I Thl. pag. 31./

Quot verba tot contradictiones!

Has intuitiones cogitat intellectus, et inde erumpunt ideae.

Durch den Verstand aber werden sie *gedacht* /die Anschauungen/ und von ihm entspringen die Begriffe. /loc. cit./

II Sed ut intuitio sit possibilis, non solum requiritur facultas recipiendi /sensibilitas/ non solum actio objecti in eandem facultatem /sensatio/ non solum id, quod per hanc actionem a nobis ex objecto apprehenditur /phaenomenon/; haec omnia dant tantum *materiam* intuitionis.

Requiritur insuper *forma* intuitionis, quae utique in nobis a priori includitur. Hujus modi forma nostrae sensibilitatis, qua omnis intuitio possibilis fit, et quae vocari potest *intuitio pura*, est forma *spatii* et *temporis*, quae sunt etiam elementa cognitionis a priori.

Hae formae spatii et temporis inveniuntur tantum in nobis subjective et nullatenus in rerum natura. –

Die Fähigkeit /Rezeptivität/ Vorstellungen durch die Art, wie wir von Gegenständen affiziert werden, zu bekommen, heißt Sinnlichkeit /quam nos sensibilitatis voce vertimus/ ....

Die Wirkung eines Gegenstandes auf die Vorstellungsfähigkeit sofern wir von demselben affiziert werden, ist Empfindung /nobis sensatio/. Diejenige Anschauung, welche sich auf den Gegenstand durch Empfindung bezieht, heißt *empirisch*. Der unbestimmte Gegenstand einer empirischen Anschauung heißt Erscheinung /phaenomenon/. In der Erscheinung nenne ich das, was der Empfindung korrespondiert *die Materie*

derselben, dasjenige aber, welches macht, daß das Mannigfaltige der
Erscheinung, in gewissen Verhältnissen geordnet, angeschaut wird, nenne
ich die Form der Erscheinung. Attende ad haec quae sequuntur: „
Da das, worin sich die Empfindungen allein ordnen, und in gewisse
Form gestellt werden können, nicht selbst wiederum Empfindung
sein kann, so ist uns zwar die Materie aller Erscheinungen
nur a posteriori gegeben, die Form derselben aber muß zu ihnen
insgesammt im Gemüthe a priori bereit liegen, und daher ab-
gesondert von aller Empfindung können betrachtet werden. (ib.)
— Verum enim vero non videt sine forma objectiva, extrinseca, re-
ali (quam omnino rejicit) impossibilem esse illam ipsam sensa-
tionem, quam praesupponit. Nam Ens unumquodque per suam
formam et sub sua forma existit, per eamdem ergo et agit; sine for-
ma igitur non potest producere sensationem. Ergo aut habet
formam aut impossibilis est sensatio. Ita plane. — Sed adhuc
ex alia parte quaestionem movebo. Ponas: non habet Ens formam;
at sine forma quomodo actionem suam exercet?
Dices per phaenomenon? Sed ego ipsum phaenomenon formam
dico, in qua utique includo et spatium et tempus. Ergo semper
per formam Ens aget. Quod si sine forma omnino, ergo Ens per se
aget, i.e. ipsum numenon ejus. Sed hoc subverteret universam
philosophiam Kantii, praesertim vero illam distinctionem inter
numena et phaenomena, quorum haec tantum obvia nobis,
illa vero impervia dixit et adstruit. —
Falsum igitur est, non dari in phaenomenis formam objectivam
et realem, et eam tantum imponi ipsis a nobis.
— Prosequitur: „Diese reine Form der Sinnlichkeit wird auch
selber reine Anschauung . . . Eine Wissenschaft von allen
Prinzipien der Sinnlichkeit a priori nenne ich die transscenden-
tale Aesthetik (juxta partitionem cognitionum ab anti-
quis usurpatam in αἰσθητὰ καὶ νοητά) In der transscendentalen
Aesthetik also werden wir zuerst die Sinnlichkeit isoliren, dadurch,
daß wir Alles absondern, was der Verstand durch seine Begriffe
dabei denkt, damit nichts als empirische Anschauung übrig
bleibe. Zweitens werden wir von dieser noch alles, was zur Empfindung
gehört, abtrennen, damit nichts als reine Anschauung und die bloße
Form der Erscheinungen übrig bleibe, welche das Einzige ist, was die
Sinnlichkeit a priori liefern kann. Bei dieser Untersuchung wird
sich finden, daß es zwei reine Formen der sinnlichen Anschauung
als Prinzipien der Erkenntniß a priori gebe, nämlich Raum und
Zeit. (loc. c. p. 32)

Spatium igitur et tempus sunt formae purae intuitionis sensibilis, quae sunt principia etiam cognitionis a priori.

III Rursum, ut intellectus cogitare intuitionem possit, et ex eadem suum conceptum efformare, non sufficit ut sit:

1. Intuitio pura, quae consistit in diversitate,
2. Synthesis quaedam hujus diversitatis facta per imaginationem, sed requiritur
3. Unitas intellectualis, quam huic synthesi tribuunt notiones, seu ideae a priori, quae notiones a priori sunt elementa hujus intellectus, et tot sunt quot ipsae functiones seu formae purae judicii. Has notiones post Aristotelem categorias vocat Kantius, quarum haec est tabella:

Categoriae

1 Quantitatis

Unitas
Pluralitas
Totalitas

2 Qualitatis

Realitas
Negatio
Limitatio

3 Relationis

Inhaerentiae et Subsistentiae
(substantia et accidens)
Causalitatis et Dependentiae
(causa et effectus) causa et effectus
Communitatis
(actio reciproca activi et passivi)

4 Modalitatis

Possibilitas – Impossibilitas
Esse – Non esse
Necessitas – Contingentia.

Raum und Zeit enthalten nun ein Mannigfaltiges der reinen Anschauung a priori, gehören aber gleichwohl zu den Bedingungen der Receptivität unseres Gemüthes .... Allein die Spontaneität unseres Denkens erfordert es, daß dieses Mannigfaltige zuerst auf gewisse Weise durchgegangen, aufgenommen und verbunden werde, um daraus eine Erkenntniß zu machen. Diese Handlung nenne ich Synthesis (loc. cit. p. 76.) Das Erste, was uns zum Behufe der Erkenntniß aller Gegenstände a priori gegeben sein muß, ist das Mannigfaltige der reinen Anschauung (Intuitio pura, quae consistit in diversitate). Die Synthesis dieses Mannigfaltigen durch die Einbildungskraft (eine blinde obgleich unentbehrliche

Function der Seele ohne die wir überall gar keine Erkenntniß haben würden, der wir uns aber selten nur einmal bewußt sind (paulo superius) ist das zweite, giebt aber noch keine Erkenntniß. Die Begriffe, welche dieser reinen Synthesis Einheit geben, und lediglich in der Vorstellung dieser nothwendigen synthetischen Einheit bestehen, thun das dritte zur Erkenntniß eines vorkommenden Gegenstandes und beruhen auf dem Verstande. (loc. cit. p. 77) –

Dieselbe Function, welche den verschiedenen Vorstellungen in einem Urtheile Einheit giebt, die giebt auch der bloßen Synthesis verschiedener Vorstellungen in einer Anschauung Einheit, welche allgemein ausgedrückt der reine Verstandesbegriff heißt. Derselbe Verstand also, und zwar durch ebendieselben Handlungen, wodurch er in Begriffen vermittelst der analytischen Einheit, die logische Form eines Urtheils zu Stande brachte, bringt auch vermittelst der synthetischen Einheit des Mannigfaltigen in der Anschauung überhaupt in seine Vorstellungen einen transcendentalen Inhalt, weswegen sie reine Verstandesbegriffe heißen, die a priori auf Objecte gehen.

Auf solche Weise entspringen gerade soviel reine Verstandesbegriffe, welche a priori auf Gegenstände der Anschauung überhaupt gehen, als es in der vorigen Tafel logische Functionen in allen möglichen Urtheilen gab, (*) denn der Verstand durch gedachte Functionen

(*) Tabella vero, quae priori pro basi inservit et in qua Kantius omnes Functiones Intellectus repraesentare aggressus est, sequens ab ipso datur:

I
Quantitas Judiciorum
Universales
Particulares
Singulares

II
Qualitas
Affirmativae
Negativae
Infinitae

III
Relatio
Categoricae
Hypotheticae
Disjunctivae

IV
Modalitas
Problematicae
Assertoricae
Apodicticae.

In quibus, si praesertim cum priori tabella conferamus, fortuita et incohaeren-
tia

völlig erschöpft und sein Vermögen dadurch vollständig ausgemessen. Wir wollen diese Begriffe nach Aristoteles Kategorien nennen etc. (loc. cit. pag. 78.)

Hic notandum maximum vitium: omnia haec judicia supponere ideas, nec eorum quantitas, qualitas etc. potest esse considerata sine ideis. Per falsam abstractionem tantum sumuntur ut purae.

Nimirum judicium supponitur a priori, quod primitivum (quod negatur) constare ex repraesentationibus (duabus extremis), quas postea notiones (Begriffe) vocat et earum unitate (copula). – Quaerimus:

Illae repraesentationes vel sunt intuitiones, vel non.

Si intuitiones, tum intuitiones sunt priores judicio – si non sunt intuitiones, ergo nec repraesentationes. Nam quid tandem repraesentabunt?

Si non sunt repraesentationes nec erit judicium.

(Haec objectio eo vel magis opportuna est, quod mox definiat puram notionem (ideam) intellectualem esse unitatem diversarum repraesentationum in una intuitione – Ergo notiones (Vorstellungen / Begriffe), quae veniunt in judicium, sunt quidem unitates intuitionis: Ergo non datur judicium sine ideis repraesentativis, nec ideae sine intuitionibus. Ex altera parte non dantur ideae sine judicio a priori. – Quantus circulus vitiosus!

IV Data ex una parte intuitione, ex altera vero datis huj: m. Categoriis sive notionibus a priori, quum tamen non possint secum copulari, utpote diversae natura sua, desideratur adeoque tertium momentum, quo tandem adhibito ideae efficiantur, et quod a Kantio vocatur Schema.

Schema est quid intermedium inter intuitionem et intellectum, est aliqua repraesentatio una simul et sensibilis et pura, ope cujus categoriae intellectus possint applicari phaenomenis intuitionis. Et generaliter quidem Schema estemus ipsum applicatum juxta ordinem categoriarum. (Huj: m. vero Schematum, quae deinde intuitionibus dant formas universales, et ideas efficiunt, parens et origo est imaginatio pura. Facultas vero, quae huj: m. schematum auxilio applicat categorias intellectus intuitionibus sensationis distinguitur ab intellectu et vocatur a Kantio facultas judicandi. (1.)

Tria igitur ex Kantio requiruntur ad formandas ideas: Intuitiones, Categoriae et Schemata. (2)

V Duo porro omnino notanda sunt:

1. Omnes intuitiones procedere a phaenomenis, et sola phaenomena nobis communicare. Noumena autem ab intellectu nostro non posse intueri nec de ipsis aliquid constitui. (3)
2. Omnes notiones a priori et categorias procedere a conscientia ipsius intellectus (conscientia quod cogitet). (Hanc conscientiam vocat adperceptionem puram, ut distinguat ab adperceptione empirica, quae est simplex conscientia sui. Vocat eam etiam principium transcendentale unitatis syntheticae, ut indicet ipsam esse quae possibile facit cognitionem a priori.

Haec conscientia sui fundamentum intellectus est omnium ejus functionum et cognitionum, primitiva statuitur et spontanea, nullam praecedentem passa, nec concomitantem, ipsa alias omnes praecedens omnesque concomitans. (4.)

1. Wenn der Verstand überhaupt als das Vermögen der Regeln (Kategorien) erklärt wird, so ist Urtheilskraft das Vermögen unter Regeln zu subsumiren, d. h. zu unterscheiden, ob etwas unter einer gegebenen Regel stehe oder nicht. (ibid. pag. 118.)

2. In allen Subsumtionen eines Gegenstandes unter einen Begriff muß die Vorstellung des ersteren (Intuitio) mit dem letzteren gleichartig sein (ibid. pag. 122.)
Nun sind aber reine Verstandesbegriffe (notiones, Intellectus, categoriae) in Vergleichung mit empirischen (ja überhaupt sinnlichen) Anschauungen (intuitiones sensibiles) ganz ungleichartig .... Wie ist nun die Subsumtion der letzteren unter die ersten, mithin die Anwendung von Kategorien auf Erscheinungen möglich? Diese Frage ist .... die Ursache, welche eine transcendentale Doctrin der Urtheilskraft nothwendig macht (ibid. pag. 122.). Nun ist klar, daß es ein drittes geben müsse, was einerseits mit der Kategorie, andererseits mit der Erscheinung in Gleichartigkeit stehen muß, und die Anwendung der ersteren auf die letztere möglich macht. Diese vermittelnde Vorstellung muß rein (ohne alles Empirische) und doch einerseits intellectuell, andererseits sinnlich sein. Eine solche ist das transcendentale Schema.
Der Verstandesbegriff enthält reine synthetische Einheit des Mannigfaltigen überhaupt. Die Zeit als die formale Bedingung des Mannigfaltigen des inneren Sinnes, mithin der Verknüpfung aller Vorstellungen, enthält ein Mannigfaltiges a priori in der reinen Anschauung. Nun ist eine transcendentale Zeitbestimmung mit der Kategorie (die die Einheit derselben ausmacht) insofern gleichartig, als sie allgemein ist, und auf einer Regel a priori beruht. Sie ist aber andererseits mit der Erscheinung in so fern gleichartig als die Zeit in jeder empirischen Vorstellung des Mannigfaltigen überhaupt enthalten ist. Daher wird eine Anwendung der Kategorie auf Erscheinungen möglich sein, vermittelst der transcendentalen Zeitbestimmung, welche als das Schema der Verstandesbegriffe, die Subsumtion der letzteren unter die erstere vermittelt (pag. 123.)
Das Schema ist an sich selbst jederzeit nur ein Product der Einbildungskraft .... Das Schema ist vom Bilde zu unterscheiden. ... (pag. 124.)
Das Bild ist ein Product des empirischen Vermögens der productiven Einbildungskraft. Das Schema sinnlicher Begriffe (als der Figuren im Raume) (et hic difficultas) ein Product und gleichsam ein Monogramm der reinen Einbildungskraft a priori, wodurch und wonach die Bilder allererst möglich werden (pag. 125.)
Also sind die Kategorien ohne Schemata nur Functionen des Verstandes zu Begriffen, stellen aber keinen Gegenstand vor. Diese Bedeutung kommt ihnen von der Sinnlichkeit, die den Verstand realisirt, indem sie ihn zugleich restringirt (pag. 130)

3.) Erscheinungen, sofern sie als Gegenstände nach der Einheit der Kategorien gedacht werden, heißen Phaenomena. Wenn ich aber Dinge annehme, die blos Gegenstände des Verstandes sind, und gleichwohl als solche einer Anschauung, obgleich nicht der sinnlichen (coram intuitu intellectuali) gegeben werden können, so würden dergleichen Dinge Noumena (intelligibilia) heißen. (S. pag. 206.)

Die Eintheilung der Gegenstände in Phaenomena und Noumena, und die Welt in eine Sinnen- und Verstandes-Welt kann gar nicht zugelassen werden, obgleich Begriffe allerdings die Eintheilung in sinnliche und intellectuelle zulassen. Denn man kann den letzteren keinen Gegenstand bestimmen, und sie also auch nicht für objectiv gültig ausgeben. /pag. 211./

4. Es liegt aber der sämmtlichen Wahrnehmung /perceptio/ die reine Anschauung /die Zeit/, der die reine Synthesis der Einbildungskraft, in dem empirischen Bewußtsein die reine Apperception, d. i. die durchgängige Identität seiner selbst bei allen möglichen Vorstellungen a priori zu Grunde.

Wollen wir nun den inneren Grund dieser Verknüpfung der Vorstellungen bis auf denjenigen Punkt verfolgen, in welchem sie alle zusammenlaufen müssen, um daraus allererst Einheit der Erkenntniß zu einer möglichen Erfahrung zu bekommen, so müssen wir von der reinen Apperception anfangen .... Dies Prinzip steht a priori fest, und kann das transcendentale Prinzip der Einheit alles Mannigfaltigen unserer Vorstellungen /mithin auch in der Anschauung/ heißen. – Nun ist die Einheit des Mannigfaltigen in einem Subject synthetisch, also giebt die reine Apperception ein Prinzipium der synthetischen Einheit /pag. 105-106./

Et in nota: „Man gebe Acht .... Alle Vorstellungen haben eine nothwendige Beziehung auf ein mögliches empirisches Bewußtsein .... Alles empirische Bewußtsein aber hat eine nothwendige Beziehung auf ein transcendentales /vor aller besonderen Erfahrung vorhergehendes/ (Quod bene animadvertatur) Bewußtsein meiner selbst als die ursprüngliche Apperception ..... Der synthetische Satz: daß alles verschiedene empirische Bewußtsein in einem einigen Selbstbewußtsein verbunden sein müsse, ist der schlechthin erste und synthetische Grundsatz unseres Denkens überhaupt /pag. 106./

– Die Einheit der Apperception in Beziehung auf die Synthesis der Einbildungskraft der reine Verstand. Apperceptio igitur est fundamentum intellectus imo ipse intellectus.

Exscribenda est porro summa doctrinae, quam de hac conscientia sui ejusque relatione ad cognitionem universam dat /pag. 115./, ibi namque jam latet Fichte cum suo systemate et ulterior omnis philosophia.

– Summarische Vorstellung der Richtigkeit und einzigen Möglichkeit der Deduktion der reinen Verstandesbegriffe.

Wären die Gegenstände, womit unsere Erkenntniß zu thun hat, Dinge an sich selbst /nota/, so würden wir von diesen gar keine Begriffe a priori haben können.

[Nego, – nam quamvis non admittamus conceptus a priori, tamen in hujusm. hypothese non apparet ratio, cur conceptus a priori ideo esse non possent, quia res revera existerent /. Denn woher sollten wir sie nehmen? /Et unde nunc sumimus! /Nehmen wir sie vom Object /ohne hier noch einmal zu untersuchen,

./.

wie dieses uns bekannt werden könnte) so wären unsere Begriffe bloß empirisch, und keine Begriffe a priori. Nehmen wir sie aus uns selbst, so kann das, was bloß in uns ist, die Beschaffenheit eines von unseren Vorstellungen unterschiedenen Gegenstandes nicht bestimmen, d. i. ein Grund sein, warum es ein Ding geben solle, dem so etwas, als wir in Gedanken haben, zukomme, und nicht vielmehr alle diese Vorstellung leer sei. (Et cur tertium et medium viam non supponit: quod et res exterius existat et agat et in intellectu sit forma passiva a priori – non activa – quae intellectualiter respondeat formae objecti, sed formae reali objecto ipsi inhaerenti? Haec non est omnino nostra sententia, sed satis apta, et quae poterat supponi, imo necessario debebat supponi.) Dagegen wenn wir es überall nur mit Erscheinungen zu thun haben, so ist es nicht allein möglich, sondern auch nothwendig, daß gewisse Begriffe a priori vor der empirischen Erkenntniß der Gegenstände vorhergehen. Denn als Erscheinungen machen sie einen Gegenstand aus, der bloß in uns ist, weil eine bloße Modification unserer Sinnlichkeit außer uns gar nicht angetroffen wird. Nun drückt selbst diese Vorstellung: daß alle diese Erscheinungen, mithin alle Gegenstände, womit wir uns beschäftigen können, insgesammt in mir, d. i. Bestimmungen meines identischen Selbst sind, eine durchgängige Einheit derselben in einer und derselben Apperception als nothwendig aus. (Hic latet Fichte.) In dieser Einheit des möglichen Bewußtseins aber besteht auch die Form aller Erkenntniß der Gegenstände (wodurch das Mannigfaltige als zu einem Object gehörig gedacht wird). Also geht die Art, wie das Mannigfaltige der sinnlichen Vorstellung (Anschauung) zu einem Bewußtsein gehört, vor aller Erkenntniß des Gegenstandes, als die intellectuelle Form derselben, vorher, und macht selbst eine formale Erkenntniß aller Gegenstände a priori überhaupt aus, so ferne sie gedacht werden (Kategorien). Die Synthesis derselben durch die reine Einbildungskraft, die Einheit aller Vorstellungen in Beziehung auf die ursprüngliche Apperception, gehen aller empirischen Erkenntniß vor. Reine Verstandesbegriffe sind also nur darum a priori möglich, ja gar in Beziehung auf Erfahrung, nothwendig, weil unsere Erkenntniß mit nichts als Erscheinungen zu thun hat, deren Möglichkeit in uns selbst liegt, deren Verknüpfung und Einheit (in der Vorstellung eines Gegenstandes) bloß in uns angetroffen wird, mithin vor aller Erfahrung vorhergehen, und diese der Form nach auch allererst möglich machen muß. Und aus diesem Grunde, dem einzig möglichen unter allen (perperam), ist denn auch unsere Deduction der Kategorien geführt worden." (ib. p. 115. 116.)

VI. Tandem admittit Kantius summam facultatem quam Rationem vocat. Quod intellectus operatur circa intuitionem, id ratio operatur circa intellectum ipsum; nimirum est facultas categoriarum ipsius intellectus in unitatem redigendarum, est facultas ex suis principiis per ratiocinium concludendi, est facultas assurgendi per principia ad summum aliquod principium, ac proinde facultas absoluti.

Haec facultas suas habet cognitiones et conceptus, quos Kantius ideas proprie vocat, quasque dupliciter dividit:

1. Ideae simpliciter, quae sunt conceptus per notiones ab intellectu sumptas;
2, Ideae transcendentales, quae sunt conceptus a priori ipsius rationis, quarum triplex species:
   A, / aliae, quae quaerit absolutum categoricae Synthesis in aliquo subjecto.
   B, / aliae absolutum hypotheticae Synthesis membrorum alicujus ~~et~~ seriei;
   C, / aliae tandem disjunctivae Synthesis partium alicujus Systematis.

„Alle unsere Erkenntniß hebt von den Sinnen an, geht von da zum Verstande und endigt bei der Vernunft, über welche nichts Höheres in uns angetroffen wird, den Stoff der Anschauung zu bearbeiten und unter die höchste Einheit des Denkens zu bringen ... Es gibt von ihr wie von dem Verstande einen blos formalen, d. i. logischen Gebrauch; ... aber auch einen realen da sie selbst den Ursprung gewisser Begriffe und Grundsätze enthält.

Ein Begriff aus Notionen, der die Möglichkeit der Erfahrung übersteigt, ist die Idee, oder der Vernunftbegriff (p. 258.)

Die Form der Vernunftschlüsse, wenn man sie auf die synthetische Einheit der Anschauungen, nach Maßgebung der Kategorien anwendet, wird den Ursprung besonderer Begriffe a priori enthalten, welche wir reine Vernunftbegriffe oder transcendentale Ideen nennen können und die den Verstandesgebrauch im Ganzen der gesammten Erfahrung nach Prinzipien bestimmen werden (p. 259).

Ein reiner Vernunftbegriff (Begriff) überhaupt durch den Begriff des Unbedingten, sofern er einen Grund der Synthesis des Bedingten enthält, erklärt werden. (p. 260).

Es wird also erstlich: ein Unbedingtes der kategorischen Synthesis in einem Subjekte, zweitens der hypothetischen Synthesis der Glieder einer Reihe, drittens, der disjunktiven Synthesis der Theile in einem System zu suchen sein (p. 260).

Da nun hier eine Eintheilung der Vernunft in ein logisches und transcendentales Vermögen vorkommt, so muß ein höherer Begriff von dieser Erkenntnißquelle gesucht werden, welcher beide Begriffe unter sich befaßt indessen wir nach der Analogie mit den Verstandesbegriffen erwarten können, daß der logische Begriff zugleich den Schlüssel zum transcendentalen, und die Tafel der Funktionen der ersteren zugleich die Stammleiter der Vernunftbegriffe an die Hand geben werde.

Wir erklärten im ersten Theil unserer transcendentalen Logik den Verstand durch das Vermögen der Regeln, hier unterscheiden wir die Vernunft von demselben dadurch, daß wir sie das Vermögen der Prinzipien nennen wollen. (ibid p. 242)."

Der Verstand mag ein Vermögen der Einheit der Erscheinungen

vermittelst der Regeln sein, so ist die Vernunft das Vermögen der Einheit der Verstandesregeln unter Prinzipien (S. 245.) Logischer Gebrauch der Vernunft. —
In jedem Vernunftschlusse denke ich zuerst eine Regel (major) durch den Verstand. Zweitens subsumire ich ein Erkenntniß unter die Bedingung der Regel (minor) vermittelst der Urtheilskraft. Endlich bestimme ich mein Erkenntniß durch das Prädikat der Regel (conclusio) mithin a priori, durch die Vernunft . . .
Es sind also die Vernunftschlüsse gerade dreifach, sowie alle Urtheile überhaupt, sofern sie sich in der Art unterscheiden, wie sie das Verhältniß des Erkenntnisses im Verstande ausdrücken, nämlich: kategorische oder hypothetische oder disjunktive Vernunftschlüsse." (ib. p. 246.) —
Reiner Gebrauch der Vernunft. — Erstens geht der Vernunftschluß . . . auf Begriffe und Urtheile . . . Zweitens . . . . . der eigenthümliche Grundsatz der Vernunft (im logischen Gebrauche) ist: zu dem bedingten Erkenntnisse des Verstandes das Unbedingte zu finden, womit die Einheit desselben vollendet wird. Diese logische Maxime . . . wird ein Prinzipium der reinen Vernunft dadurch, daß man annimmt: wenn das Bedingte gegeben ist, so sei auch die ganze Reihe einander untergeordneter Bedingungen, die mithin selbst unbedingt ist, gegeben (d. i. in dem Gegenstande und seiner Verknüpfung enthalten). Ein solcher Grundsatz der reinen Vernunft ist aber offenbar synthetisch, weil er sich auf das Unbedingte bezieht . . . Die aus diesem obersten Prinzip der reinen Vernunft entspringenden Grundsätze werden . . . . transcendent sein. (ibid. p. 248 / 249.)"
Quae logomachia! Series Conditionum constituit Absolutum (Inconditionatum)."

Ut omnem hanc doctrinam Kantii de ideis concludamus recensebimus nunc omnia vocabula, quibus nuncupat id, quod nos simpliciter ideas vocamus.
Et primo quidem Repraesentatio est ipsi genericum vocabulum, quod omnibus ideis identidem imponit. —
Deinde 2° Perceptio est Repraesentatio cum conscientia;
3° Sensatio est perceptio quatenus est modificatio Subjecti nostri;
4° Cognitio est perceptio relata ad objectum;
5° Intuitio est cognitio immediata et singularis, eaque vel empirica vel pura;
6° Conceptus est cognitio objecti mediata et universalis;
7° Conceptus empiricus est ille, ~~qui fit ope schematis~~ cui admiscetur sensatio.
8° Conceptus purus est ille, qui fit ope schematis;
9° Schema est Synthesis imaginationis productivae intermedia inter conceptum intellectualem a priori, et intuitionem.
10° Notio est conceptus intellectualis a priori, in quantum in intellectu et ortum et sedem habet
11° Idea est conceptus perceptiones superans;
12° Idea transcendentalis est conceptus a priori rationis, juxta formas ratiocinii habens pro objecto absolutum.
Hier ist eine Nomenclatur dargestellt (der Benennungen

der jeder Vorstellungsart gehörig angemessen sind). Die Gattung ist Vorstellung überhaupt (Repraesentatio). Unter ihr steht die Vorstellung mit Bewußtsein (perceptio). Eine Perzeption, die sich lediglich auf das Subjekt als die Modifikation seines Zustandes bezieht, ist Empfindung (sensatio), eine objektive Perzeption ist Erkenntniß (cognitio). Diese ist entweder Anschauung oder Begriff (intuitus vel conceptus). Jene bezieht sich unmittelbar auf den Gegenstand und ist einzeln, dieser mittelbar, vermittelst eines Merkmahls [Schema] was mehreren Dingen gemein sein kann.
Der Begriff ist entweder ein empirischer oder reiner Begriff, und der reine Begriff, sofern er lediglich im Verstande seinen Ursprung hat (nicht im reinen Bilde der Sinnlichkeit) heißt Notio. Ein Begriff aus Notionen, der die Möglichkeit der Erfahrung übersteigt, ist die Idee oder der Vernunftbegriff. (ib. p. 258.)

§ 50

Vidimus totum Kantium in eo versatum, ut explicet judicium a priori, cui adjunxit ratiocinium a priori, cujus autem originem et fundamentum collocavit in Conscientia sui.

Quam perperam id fiat, paucis demonstrabitur. – Conscientia mei est profecto forma mei Ego, ita ut enuntiari possit: Ego sum Ego. (Ego forma sum Ego subjectum), i.e. mea forma pertinet ad meum subjectum). – Jam vero si hujusm. Conscientia sui supponatur primitiva, spontanea, a priori, tum verius hac altera formula enuntiari debet: Meum Ego ipsum causat suam formam. – [Quae forma est expressio Entis absoluti.]. Quaerimus vero hujusm. forma estne adaequata Enti (subjecto) neone? Si non est adaequata Enti, ergo debet ulterius perfici, quod non potest fieri nisi per aliquam actionem aliorum Entium (nam ~~aliter~~ aliter esset adaequata). At si alia Entia necessaria sunt, ut forma perficiatur, ergo non erit verum, quod Ens ipsum producat suam formam saltem ex aliqua parte, imo ex toto, juxta axioma: malum ex quocunque defectu. – Si autem forma est adaequata Enti, tunc profecto Entia alia, si quae sunt, non possunt agere in ipsam, quae eam aliquo modo modificarent et perficerent, ac proinde non esset adaequata. Quamobrem logice omnino negari debet existentia omnium aliorum Entium praeter meum Ego, cujus conscientiam mecum fero. (Nam si essent, et ego ea perciperem, agerent utique in me; si agerent, modificarent conscientiam mei, formam meam, ac proinde haec forma non esset adaequata). Nulla igitur extra me sunt Entia, quinimo neque phaenomena ob eandem rationem. – Nihil est in rerum natura nisi meum Ego.

Haec rectissime concluduntur ex principiis Kantii. Nec defuit qui hanc conclusionem acutissime deduxerit, et hic fuit Fichte. Opponebatur quidem aliqua difficultas. Sentimus nimirum et percipimus, imo et intelligere videmur alias res extra nostrum Ego in nos agere; quomodo ergo huj: m. universalis experientiae imo et conscientiae, stare poterit cum exclusiva realitate solius Ego nostri? Hic labor, hoc opus, quod aggressus [exanclare] est Fichte.

Conscientiam sui sumit Fichte pro unico principio suae philosophiae seu potius ut ipse vocat: Doctrinae seu Theoriae / Wissenschaftslehre /.

Conscientia sui dividitur in Objectum et Subjectum.

Ego tanquam Objectum est actus actionis / Tathandlung / primitivus et absolutus spiritus nostri.

Ego tanquam subjectum est cogitatio / 1 / sive repraesentatio per reflexionem h: m. Objecti, et est primus actus et absolutus philosophi uti philosophi / cogito ergo sum /

Haec est igitur idea, nam hoc est solum objectum cognitionis nostrae. Haec conscientia sui subjectiva reducitur ad tria principia absoluta:

1^m Principium est absolute absolutum, quod abstracte exprimi potest hac formula:

$$A = A;$$

concrete vero exprimi debet:

Ego sum Ego.

ubi τὸ Sum cum exprimat actum actionis ipsius spiritus, dici debet quod Ego sit productum a se ipso, et quidem absolute. Hoc nobis subministrat definitionem adaequatam τοῦ Ego, tanquam subjecti absoluti, et quidem sequentem: Ego, tanquam Subjectum absolutum est id, cujus essentia in hoc tantum consistit, ut ponat seipsum tanquam existens,

Dasjenige, dessen Sein bloß darin besteht, daß es sich selbst als seiend setzt, ist das Ich als absolutes Subject. / Fichte Grundlage der Wissenschaftslehre, Tüb: 1802. p. 9. /

In hac formula A = A, unum membrum necessario debet sumi pro Ego quod est objectum absolutum et producens, aliud vero membrum pro Ego, quod est subjectum absolutum et productum. Sed in hac definitione dicitur quod ipsum subjectum absolutum est id, quod ponat se ipsum tanquam existens, quae utique est stupenda contradictio in ipsis terminis ut nihil jam dicam de aliis capitibus hujus doctrinae, ubi supponitur esse objectum huj: m. subjecti, et hoc objectum esse Ego, uti etiam in textu notavimus. Si subjectum est producens, non potest esse productum, sed productum erit objectum, et e contra si subjectum est productum, non erit producens, sed objectum ~~est~~ erit producens. — Nam demus et objectum, et subjectum esse ejusdem

tamen relatio productionis activae et passivae est ea quae
naturae unum distinguit ab altero, et utraque nullo modo potest alterutri tribui. Nam nulla tunc esset relatio, et tamen producens et productum necessariam dicit relationem, nam sunt duo termini etiamsi supponamus eos in eadem natura, et ita semper erit Objectum et Subjectum. Ex quo sequitur: si Objectum est Ego subjectum debere esse aliud Ego. Consequentia est indubitabilis. Et verificatur in divina natura. – Systema Fichti ergo tum solum esset verum, si in homine essent plures personae, saltem duae: cum tamen nec ipse admittat, nisi unam, hinc est, quod ipse suum systema miserrime evertit.

Haec definitio illam Spinosae redolet: „Substantia est id, cujus essentia involvit existentiam."

Hoc principium (activitatis τοῦ Ego) cuicunque rei applicatum dat ipsi realitatem.

In Logica constituit principium Identitatis

Quam perperam hoc principium in Logicam aliunde invehitur et non potius ab ipsa mutuatur, ut deinde ex logico principio ipsa conscientia explicetur, facili negotio demonstrari potest. – Logica ergo est abstractio, quae sumit formam Substrati absoluti (τοῦ Ego) et ab ipsa abstrahens ipsam formam cogitat, et fit forma formae. Hoc modo logica est forma idealis, formae realis τοῦ Ego. Verissime quidem si τὸ Ego est Ego divinum, et haec est nostra theoria formulae idealis, sed falsissime, et impie, et absurde si τὸ Ego ponatur humanum. Ut de impietate taceamus, videamus quam sit absurdum. – Et sane, forma realis τοῦ Ego est id, per quod cognoscitur ipsum Ego, ideoque est id, super quod debet operari abstractio, et in quo et per quod debet abstrahi ipsum Ego a sua forma, ut tandem fiat forma idealis. Sed quis faciet hanc abstractionem? Certe non faciet ipsum Ego: nam cum essentia τοῦ Ego juxta Fichtium posita sit in actu actionis, quo producat suam formam absolutam (Subjectum absolutum), profecto quidquid facit, non potest esse contra ejus essentiam, sed necessario quidquid facit est juxta ejus essentiam, i.e. nihil aliud potest ponere nisi absolute suam formam, et non idealiter, abstracte. – Porro hanc abstractionem neque facere potest forma idealis τοῦ Ego, i.e. Subjectum absolutum. Nam non abstrahitur nisi id, quod cognoscitur prius, et ab eo quod cognoscitur. – Jam vero Subjectum absolutum ex Fichtio ipso, non cognoscit suum objectum (Ego primitivum) nisi indeterminate tanquam aliquod Postulatum (vide superius folio 38 nota (1). – Subjectum igitur absolutum si velis ab illo objecto se ipsum abstrahere nescit a quo abstrahat. – Remanet (supposito quod saltem

seipsum cognoscat /, ut ex seipso abstrahat aliquid, quod est in ipso. Sed tunc non erit jam ipsum, et id quod per abstractionem huj. m. ex ejus divisione remaneret, non poterit aequari cum ipso, non erit ejus forma quae quaeritur. Nec Fichte huj. m. abstractionem ponit sed eam, quae fiat ab objecto. Hanc vero vidimus impossibilem esse. – A quo igitur haec abstractio tandem perficietur? Ab ipsa forte hac forma ideali sive logica quae quaeritur? Sed hoc absurdissimum esset. Nam cum ipsa non potest haberi nisi per abstractionem, perfecto ante abstractionem non existit. Quomodo ergo ipsa erit, quae abstractionem factura sit? – Abstractio igitur Fichtii, per quam ex Subjecto absoluto, ex forma absoluta Conscientiae sui, fiat forma logica, proindeque ipsa Logica, est omnino impossibilis et absurda.

In nostra doctrina de formula ideali, quam apte omnia connectuntur. – Nam cum forma realis illa primitiva τοῦ Ego in nos agentis sit extra nos, agit in nos, et reflectens se facit in nobis formam idealem, quae cum facta sit nostra, et sit in nobis, informat nostrum Ens. et sicut ex forma extrinseca concludit ad Ego extrinsecum, ita ex forma intrinseca concludit ad Ego extrinsecum, ita ex forma intrinseca concludit ad Ego intrinsecum. Haec omnia perficit forma nostra idealis, – quae licet sit idealis tamen vere existit (non per abstractionem), quia est refaxio et repetitio formae realis agentis, proindeque agit et ipsa. – Sed apud Fichtium, cum forma idealis nec existat, nec agat ante abstractionem hanc ipsam abstractionem debet facere forma realis (subjectum absolutum). – Id vero facere non potest nisi cognoscat Objectum quod etiam est absolutum. Sed hinc duo ad minimum essent Ego aeque absoluta, ut superius notavimus. – Vel igitur totum systema permutandum in aliud, vel huj. m. abstractio omnino rejicienda. Quod vero majorem longe stuporem excitat, illud est, quod ex hymi: logica impossibili penitus, sumit suas regulas abstractionis et reflexionis. Audiamus potius rem incredibilem.

frouzösisch.

„Logica ergo est abstractio, quae sumit formam Subjecti absoluti (τοῦ Ego) et ab ipsa abstrahens ipsam formam cogitat et fit forma formae. Hoc modo Logica est forma idealis formae realis τοῦ Ego. Verissime quidem si To Ego est Ego divinum, et haec est nostra theoria formulae idealis, sed falsissime, et impie, et absurde si το Ego ponatur humanum. Ut de impietate caveamus videamus quam sit absurdum. – Et sane, forma realis τοῦ Ego est id, per quod cognoscitur ipsum Ego ideoque est id super quod debet operari abstractio, et in quo et per quod debet abstra-

Cessat

hi ipsum Ego a sua forma ut tandem fiat forma idealis. Sed quis faciet hanc abstractionem? Certe non faciet ipsum Ego, nam cum essentia τοῦ Ego juxta Fichtium posita sit in actu actionis, quo producat suam formam absolutam (Subjectum absolutum), profecto quidquid facit non potest esse contra ejus essentiam, sed necessario quidquid facit est juxta ejus essentiam, i.e. nihil aliud potest ponere nisi absolute suam formam, et non idealiter abstracte. – Porro hanc abstractionem neque facere potest forma idealis τοῦ Ego, i.e. Subjectum absolutum. Nam non abstrahitur nisi id quod cognoscitur prius, et ab eo quod cognoscitur. – Jam vero Subjectum absolutum ex Fichtio ipso, non cognoscit suum objectum (Ego primitivum) nisi indeterminate tanquam aliquod Postulatum (vid. superius fol. 58 nota 1).

Subjectum igitur absolutum si velit a se ipso illud objectum abstrahere, nescit quid abstrahat, si vero velit ab illo objecto se ipsum abstrahere, nescit a quo abstrahet. – Remanet (supposito quod saltem seipsum cognoscat) ut ex seipso abstraheat aliquid, quod est in ipso. Sed tunc non erit jam ipsum, et id quod per abstractionem huj. m. ex ejus divisione remaneret, non poterit aequari cum ipso, non erit ejus forma, – quae quaeritur. Nec Fichte huj. m. abstractionem ponit sed eam, quae fiat ab objecto. Hanc vero vidimus impossibilem esse. – A quo igitur haec abstractio tandem perficietur? Ab ipsa forte hac forma ideali sive logica quae quaeritur? Sed hoc absurdissimum esset. Nam cum ipsa non potest haberi nisi per abstractionem, profecto ante abstractionem non existit. Quomodo ergo ipsa erit, quae abstractionem factura sit? Abstractio igitur Fichtii, per quam ex subjecto absoluto, ex forma absoluta Conscientiae sui, fiat forma logica, proindeque ipsa Logica, est omnino impossibilis et absurda.

In nostra doctrina de formula ideali, quam apte omnia connectantur. – Nam cum forma realis illa primitiva τοῦ Ego in nos agentis sit extra nos, agit in nos, et reflectens se facit in nobis formam idealem, quae cum facta sit nostra et sit in nobis, informat nostrum Ens; et sicut ex forma extrinseca concludit ad Ego extrinsecum, ita ex forma intrinseca conducit ad Ego intrinsecum. – Haec omnia perficiat forma nostra idealis

---

His omnibus missis, argumentum, quod funditus evellit principium hoc A = A, consistit in hac animadversione;

nimirum, huj. m. principium in hac aequatione non respicere Ens et Formam, ita, ut aliud A sit Ens, aliud vero Forma, sed respicere unam eandemque formam (conscientiam sui). Porro si non absurde sed recte omnino comparari potest Ens cum sua forma et dici identicum, profecto non nisi absurde ipsa sola forma secum dicitur identica, non secum comparari non potest. Ad comparationem requiruntur duo termini, et forma est una. Quod si haec una duplicetur, etiam sola mente, cum agatur de forma absoluta, erunt duae formae verae absolutae, proindeque duae conscientiae 2ae personae. —

Secundum principium absolutum est absolutum formaliter tantum realiter vero pendet a primo illo. — Hoc principium abstracte sumptum potest exprimi hac formula

$$- A \text{ non} = A,$$

concrete vero dici ~~potest~~ debet:

Ego opponitur non Ego.

Hoc principium in Logica dat principium Oppositionis.

Objectio prima, quae contra huj. m. principium fieri potest et debet, illa est: Unde nimirum sumitur cognitio τοῦ non? Certe contra rationem videtur admisso principio quod A ponat A, admittere quod sit aliquid quod non sit A. statim ac A ponitur absolutum. — Unde sumitur τὸ non A, aut generatim τὸ Non? Hic haeret aqua.

In nostro systemate aliud Ego (meum non Ego) est primum, quod ultimo est ipsum Ego absolutum, hoc se affirmans in me, fit in me meum non ego, et per reflexionem facit meum Ego.

Et sit recte omnia. —

Tertium principium absolutum est tandem absolutum realiter formaliter autem derivatur a primo. Hoc principium Auctor non enuntiat abstracte, formula mathematica, nam esset sequens, quam quae maxime absurda

$$- A + A = A.$$

Sed tantum enuntiat sequenti propositione:

Ego et non-ego positum est utrumque ab Ego et in Ego, tanquam se vicissim limitans, adeo ut realitas unius destruat ex parte realitatem alterius.

Haec realitas unius, quae destruit realitatem alterius

!

vel est ejusdem generis vel alterius. Sed alterius non potest esse, nam non destrueret. Ergo est ejusdem. Atqui si est ejusdem tunc ea pars, quae destruitur, certe destructa est, i.e. non remanet, quemadmodum

$$(A + B + C) - (A + B) = C$$

ideoque quod destructum est non apparet, ac proinde ex principio hoc sequitur:

1º Si partes τοῦ Ego et τοῦ non Ego, quae destruuntur, aequales sunt, profecto remanet nihil.

2º Si sunt inaequales, remanebit id, cujus partes potiores erunt, sc. vel Ego solum, vel non Ego solum.

Limitatio cum fiat per partes realitatis applicandas vel uni vel alteri terminorum, hinc fit, ut uterque terminus ponatur divisibilis. Hinc etiam est, ut summa omnium principiorum haec formula enunciari possit:

In τοῦ Ego oppono τοῦ Ego divisibili τὸ Non Ego divisibile.

Haec est summa philosophiae, nec ultra progredi fas ipsi est. at hic sistens jam fit scientia scientiae.

Pone partes realitatis = 1000, quae sunt applicandae τοῦ Ego et τοῦ Non ego. unde
Pone partes τοῦ Ego = 100
partes τοῦ Non Ego = 900

Dicis quod sunt divisibiles: Et quomodo? per quem divisorem? Certe volebat dicere augendas partes vel minuendas, et quidem unum per alterum vel ab altero.

Ex quo patet quod non sit uterque terminus, qui ponatur divisibilis, ut vult Auctor, sed ipsum Ego primitivum illud quod per primum principium enunciatur. At inde vide si quid sequatur absurdi: Cum Ego dividatur, necessario divisa non sunt integra, ac proinde fiunt in τοῦ Ego divisibili duo non Ego (vel plura) divisa, et principium jam debet exprimi:

In τοῦ Ego oppono τοῦ Non Ego diviso τὸ Non Ego divisum.

Hoc tertium principium absolutum dat in Logica tertium principium logicum, quod est principium rationis (sufficientis), quae est vel ratio relationis, vel ratio distinctionis. Illa conjungit opposita in ea parte, qua sunt identica, haec distinguit identica, in qua parte sunt opposita.

Principium rationis non versatur circa Ego et non Ego et circa opposita per hujus m. actionem, sed potius accedit

ad eam, quam nos diximus formulam idealem, et versatur in conjunctione, quae intercedit inter formam et Ens.
Ex alia parte versatur in conjunctione, quae intercedit inter effectum et causam.

Haec tria principia logica (sive ideae) dant tres operationes:

1° **Thesis** est positio aliqua sive affirmatio alicujus A

2° **Anthitesis** est negatio illius prioris positionis, sive positio alicujus Non A,

3° **Synthesis** est reductio ad unitatem A cum Non A in quo sunt identica, post distinctionem in eo, in quo sunt opposita.

Ex his operationibus logicis exsurgant tres species judiciorum, quae sunt vel **thetica**, vel **anthitetica**, vel **synthetica**.

Harum functionum logicarum multiplex deinde usus apud Schellingium et Hegelium. Quid veri in se contineant, postea demonstrabimus.

Age dum in huj. m. systemate bene advertas omnem philosophiam ex toto subjectivam esse, de objectiva rerum veritate ne quaestionem quidem moveri (a) Logicam vero ad ipsam non pertinere, et esse formam tantum abstractam ipsius formae philosophiae.

Hujusmodi Systemati datum est communiter nomen **Idealismi subjectivi**.

Et recte quidem, imo ipse Fichte ita suum Systema vocari jussit. Certe omnia in subjecto aguntur, nec potest esse aliquod Objectum extra illud subjectum absolutum. — Quod quam inconcinne dicatur, nemo non videt, cum subjectum nomen sit relativum, et necessario objectum expostulet. — Loquimur de Objecto extra nos posito. Nam si aliquod objectum intra nos ponendum est, non abnuit id Fichte uti vidimus; sed quo jure et quo sensu, id etiam ibidem explanavimus.

§ 51.

Idealismi objectivi auctor est **Schelling** discipulus primum mox aemulus et adversarius Fichtii.

Hic statuit unicum objectum Philosophiae esse **Absolutum**.
Profectus autem est Schelling ex definitione veritatis, quae est concordia Subjecti et Objecti. Hoc non est verum nisi in Absoluto. Proindeque in prima sua perfectione et statim in initio jam supponit universum suum systema. Verum est ipsum non dicere ab initio identitatem, sed

(a) Res objectivae sunt umbrae quaedam in hoc systemate geometrice ad extra projectae. —

tantum concordiam inter Subjectum et Objectum, sed haec concordia ipsi nihil aliud est ac identitas.
Hoc est initium ejus Operis: Systema Idealismi transcendentalis: "Omnis cognitio consistit in concordia alicujus Objecti cum aliquo Subjectivo. Etenim non cognoscitur nisi Verum et Veritas invenitur in concordia repraesentationum cum eorum objectis." Systeme de l'Idealisme transc. trad. par Grimblot. Paris 1842. ab initio.
Notetur permutatio terminorum: Verum et Veritas. – Si veritas est concordia repraesentationis cum objecto, Verum longe est aliud. Est nimirum concordia formae cum Ente cum Veritas est concordia repraesentationis seu potius formae Objecti quae est in intellectu Subjecti cum forma Objecti in Objecto. Proinde eaque non in eo consistit Veritas, in quo consistit Verum. Ex hoc cognoscatur fallacia argumentationis Schellingi (cui Systema totum innititur), quae in eo consistit, ut subintelligat ex eo, quod veritas sit concordia repraesentationis cum Objecto, – etiam Verum i.e. Absolutum idem esse. – Quo posito totum systema corruit est.
Objectum Absoluti esse Naturam, Subjectum vero Conscientiam sui sive Rationem.
Absolutum ejusdem esse idealitatem Subjecti et Objecti, idealis et realis, cogitationis et existentiae, possibilitatis et realitatis, infiniti et finiti, generalis et particularis, essentiae et formae, animae et corporis. –
In hoc Systemate, huj. m. Absolutum idealiter est Idea omnium Idearum.
Est Ratio unica, sc. divina, ex se creatrix, quae dum cogitat, creat. Homines non eam possident, sed ipsa possidet homines, in omnibus una eademque, ac sibi identica.
Haec ratio eodem actu, quo ponit res objective, et creat naturam ponit ideas subjective et creat Spiritum, i.e. conscientiam suimet ipsius.
Hoc modo invenitur harmonia praestabilita inter res et ideas inter mundum realem, qui fit extra, et mundum idealem, qui fit intra, suapte uterque sponte, ambo exemplaria unius ejusdemque prototypi.
Dialectica Ideae divinae, quae se explicando producit mundum realiter, et in spiritu humano se repetit idealiter, potest ab eodem considerari et intueri per intuitionem intellectualem, cum ipse sit et theatrum et actor huj. m. dialecticae.
Haec intuitio et reproductio libera cogitationis creatricis constituit philosophiam, et ejus actus constituit philosophum. Quapropter ipse Auctor

suum Systema vocavit Idealismum transcendentalem.
Haec eadem intuitio est etiam et methodus, quae non est methodus vulgaris reflexionis, quae procedit per abstractionem, sed est methodus constructionis seu productionis. –
Demonstrare nihil aliud est quam construere. Cum ratio nostra sit forma Absoluti ipsius, et ideae nostrae sint formae absolutae rerum, hinc ut demonstretur res aliqua sufficit, ut construatur, sive producatur, i.e. ut ipsi assignetur locus et gradus, quem occupat in dialectica aeterna, i.e. in evolutione rationis creatricis.
Laudat ipse Autor Systema suum, tanquam poëma non fictum sed verum quod decantat generationem mundi et generationem Spiritus, utriusque quidem ex Deo illius tamen sine conscientia, hujus autem cum conscientia sui. – Est re quidem vera poëma est, sed ipsius DEI generationem ipse decantans illic quidem in natura, hic autem in ratione humana; quod solum accusare sufficit, ut illico sententia proferatur in reum.

§. 52.

Hegel existimat id, quod Systema Schellingii affirmat, verum esse, sed non probatum. Ipse proinde principio absoluto, ut putat, vult parare methodum absolutam, et cum primis id demonstrare, quo sc. modo conscientia humana perveniat in conscientiam identitatis inter cogitare et esse.

Hoc propositum ipsi erat in condendo laboriosissimo opere: "Phaenomenologiae Spiritus."

I. Haec exaltatio, ut dicit Hegel, certitudinis primitivae ad veritatem fit per tres gradus qui sunt:

1° Conscientia generatim, pro qua objectum, est objectum;
2° Conscientia sui, pro qua Objectum est Ego;
3° Ratio, quae est unitas Conscientiae et conscientiae sui.

"Die Stufen dieser Erhebung der Gewißheit zur Wahrheit sind, daß er
a) Bewußtsein überhaupt ist, welches einen Gegenstand vor sich hat,
b) Selbstbewußtsein, für welches Ich der Gegenstand ist,
c) Einheit des Bewußtseins und Selbstbewußtseins, daß der Geist den Inhalt des Gegenstandes als sich selbst, und sich selbst als an und für sich bestimmt anschaut, Vernunft, der Begriff des Geistes. (Encykl. §. 417.)"

Locum praecedentium philosophiarum ita describit: „Die Kantische Philosophie kann am bestimmtesten so betrachtet werden, daß sie den Geist als Bewußtsein aufgefaßt hat, und ganz nur Bestimmungen der Phoenomenologie, nicht der Philosophie desselben enthält. Sie betrachtet Ich als Beziehung auf ein Jenseitsliegendes, das in seiner abstrakten Bestimmung das Ding an sich heißt, und nur nach dieser Endlichkeit faßt sie sowohl die Intelligenz als den Willen. Wenn sie im Begriffe der reflectirenden Urtheilskraft zwar auf die Idee des Geistes, die Subjekt-Objektivität, einen anschauenden Verstand, u. s. f. wie auch auf die Idee der Natur kommt, so wird diese Idee selbst wieder zu einer Erscheinung, nämlich einer subjektiven Maxime herabgesetzt. Es ist daher für einen richtigen Sinn dieser Philosophie anzusehen, daß sie von Reinhold als eine Theorie des Bewußtseins unter dem Namen Vorstellungsvermögen aufgefaßt worden ist. Die Fichtesche Philosophie hat denselben Standpunkt, und Nicht Ich ist nur als Gegenstand des Ich, nur im Bewußtsein bestimmt; es bleibt als unendlicher Anstoß, d. i. als Ding an sich. Beide Philosophien zeigen daher, daß sie nicht zum Begriffe und nicht zum Geiste, wie er an und für sich ist, sondern nur wie er in Beziehung auf ein Anderes ist, gekommen sind. (ib: §. 415.)"

Ex his:

1° Conscientia simplex tria in se continet momenta, quae sunt:

a, Conscientia sensibilis, quae est immediata relatio ad Objectum, et constituit certitudinem (Gewißheit.):

b, Perceptio, (Wahrnehmung) quae sumit Objectum ut mediatum in se reflexum, ut universale.

Notetur perpetua confusio inter duas notiones longe a se distantes quae sunt Generalis et universalis, quae uno vocabulo exprimuntur (das Allgemeine).

Haec constituit non abstractam certitudinem, sed determinatam, i.e. notitiam (ein Wissen).+

c, Cum nulla sit conscientia objecti immediatae, nec dari potest mediatae. Haec non applicamus formae quae est Objecti in Conscientia, et mediata et immediata.

Directa vero exceptio quam opponimus huic articulo doctrinae, haec est: Data nimirum immediata Conscientia non posse tamen inde exurgere mediatam vi sua sua-que sponte. Ad argumenta I nostri Capitis, addo: Animalia habent Conscientiam immediatam, negari non potest; nunquam tamen habent mediatam, vel habere possunt.

(+) Ponamus verba Auctoris: „Das Bewußtsein, das über die Sinnlichkeit hinausgegangen (et quomodo?), will den Gegenstand in seiner Wahrheit nehmen, nicht blos als unmittelbaren, sondern als vermittelten (et quomodo fit mediatum sine medio sine forma? Rursum, cum jam semel fuerit immediatum i.e. sine forma, quomodo deinde consistit iterum in forma? unde haec?), in sich reflectirten (ergo conscientia habet suum Ens, sed tunc et Objectum habet suum, — sunt duo entia non unum. Si autem sunt unum, quomodo conscientia reflectet in suo Ente Objectum, et quid ex ipso? Non Ens: nam est idem. Formam ergo? Sed Objectum non habet formam (est immediatum). Age, habeat formam — sed cum Ens objecti sit unum idemque cum Conscientia, et forma erit una eademque. Ergo conscientia suam ipsam formam reflectet? Sed tunc non videbit nisi seipsam: erit Subjectum Absolutum Fichtii — non conscientia Objecti et quidem mediata Auctoris) in sich reflectirten und allgemeinen. (Es ist somit eine Verbindung von sinnlichen und von erweiterten Gedankenbestimmungen concreter Verhältnisse und Zusammenhänge. Damit ist die Identität des Bewußtseins mit dem Gegenstande nicht mehr die abstracte der Gewißheit, sondern die bestimmte, ein Wissen (ib. §. 420.) Consuletur infra quid Hegelio sit abstractum, quid concretum.

C, Intellectus (Verstand), qui est conscientia unitatis utriusque prioris (ex conscientia sensibili) sumatur, tanquam phaenomenon, ejus autem reflexio in se (perceptio) sumatur tanquam aliquid pro se existens Internum et Universale. Hoc modo intellectus est proxima veritas percentionis et continet in se abstractam Realitatem illius, quod est multiplex in conscientia sensibili, sed etiam et differentiam, internam quidem et simplicem, ejusdem multiplicis, quae sibi semper identica manet. Haec est legum quieta regio.

Haec omnia intelliguntur e Kantio, intelliguntur inquam, formaliter, nam vere intelligi non possunt. Ut haec sint vera, requireretur primum conscientia immediata objecti, quam impossibilem esse demon-

straximus, deinde omnis intelligentiae mediata, quae ex illa exoriri nunquam potest, tum vero ut Idealitas, et non simplex Synthesis, ut ajebat Kantius, tum denique ut intellectus non sit ratio et ratio non sit intellectus. — Haec ultima distinctio, quam perperam fecit, sola haec demonstratio empirica satis demonstrabit: non esse nimirum ullum in natura Ens, quod habeat intellectum solum, quemadmodum sunt animalia, quae habent conscientiam sensibilem solam. — Ideaque hinc vero distinguitur a ratione sive intellectu, intellectus vero a ratione nonnisi logica relatione distingui potest, non reali; semperque intellectus erit ratio et ratio intellectus. — Nota insuper nihil permittere, ut creatio intellectus ex illis conscientiis efficiatur hoc spontaneo modo. — Die nächste Wahrheit des Wahrnehmens ist, daß der Gegenstand vielmehr Erscheinung und seine Reflexion in sich ein dagegen für sich seiendes Inneres und Allgemeines ist. Das Bewußtsein dieses Gegenstandes ist der Verstand (ib. §. 422.) Et prosequitur: Jenes Innere ist einerseits die aufgehobene Mannigfaltigkeit des Sinnlichen und auf diese Weise die abstrakte Identität, aber andererseits enthält sie deswegen die Mannigfaltigkeit auch, aber als inneren einfachen Unterschied, welcher in dem Wechsel der Erscheinung mit sich identisch bleibt. Dieser einfache Unterschied ist das Reich der Gesetze der Erscheinung, ihr ruhiges allgemeines Abbild (ib.) — In dieser Grundbestimmung (dem Verstande) überhaupt ist an sich das Bewußtsein welches als solches die Selbstständigkeit des Subjekts und Objekts gegeneinander enthält, verschwunden. Ich hat als urtheilend einen Gegenstand, der nicht von ihm unterschieden ist, sich selbst — Selbstbewußtsein.

2. Conscientia sui est veritas simplicis conscientiae et ejus fundamentum ita ut omnis conscientia non sit nisi conscientia sui. Ipsius expressio est Ego = Ego, abstracta libertas, pura Idealitas, sine realitate.

Die Wahrheit des Bewußtseins ist das Selbstbewußtsein und dieses der Grund von jenem, so daß in der Existenz alles Bewußtseins, eines andern Gegenstandes Selbstbewußtsein ist. Ich weiß von dem Gegenstande als dem meinigen (er ist meine Vorstellung). Ich weiß

ich

daher darin von mir. —
Der Ausdruck vom Selbstbewußtsein ist Ich = Ich; abstracte Freiheit (quae apud Hegel spontaneitatem dicit) reine Idealität. So ist es ohne Realität, denn es selbst, das Gegenstand seiner ist, ist nicht ein solcher, da kein Unterschied desselben und seiner vorhanden ist. (ib: §. 424). Haec est aliquo modo intelligantur, noletur. Conscientiam esse in Objecto, esse unum cum objecto et respondere Thesi. Ejus momentum culminans est perceptio. In intellectu, percepta idealitate jam negat Objectum i. e. seipsum in Objecto, et ponit se ut Aliud et fit conscientia sui (Antithesis). Et ideo est pura Idealitas, sine realitate. — Nos negamus conscientiam objecti fieri conscientiam sui. Ratio negandi in eo potissimum invenitur, quod conscientia objecti sit activa, activitate non nostra. conscientia sui vero sit passiva, et si ulterius fit activa, id fit activitate reagente et non spontanea. — Porro dum loquimur de conscientia objecti, quae est activa, non loquimur certe de objecto materiali, sed de Intellectuali i. e. de alio Ego, objective prius extra nos existente et in nos agente. Hic verum Objectum nostrae conscientiae sui est anterior Ego, quod ultimo est absolutum Ego D. T. E. — Cum haec perceperimus et intellexerimus, tunc demum et nostrum Ego percipimus et etiam alia Entia (non personalia) percipere valemus.

Ejus momenta sunt:

"Das Selbstbewußtsein in seiner Unmittelbarkeit ist Einzelnes und Begierde." (Encycl: §. 426)

a **Cupido** (Begierde), quae est conscientia sui immediata;[1] nimirum id quod in se (an sich) erat (objective, simplex conscientia) factum est **propter se** (für sich)[2] id est activitate ejusdem Ego se quaerentis, et quod nunc se invenit tanquam aliquid singulare (Einzelnes)[3],

2, Das Selbstbewußtsein ist sich daher **an sich** im Gegenstande der in dieser Beziehung dem Triebe gemäß ist. In der Negation der beiden ein-

geistigen Momente (haec duo momenta sive duo
nihila habentur ex §. praeced.). Für die aus dem
Aufheben des Bewußtseins hervorgegangene Gewißheit
seiner selbst ist das Object (als ein Nichtiges bestimmt
und für die Beziehung des Selbstbewußtseins auf das
Object ist seine abstracte Idealität ebenso als ein
Nichtiges bestimmt. Duo nulla. Aliud nullum est Ob-
jectum et quidem coram Certitudine sui ipsius, aliud
vero nullum est ipsa haec Conscientia sui ipsius
tamquam abstracta Idealitas et quidem (non dixit
coram Objecto, sed coram relatione ejusdem ad Objec-
tum) Forte ideo non dixit coram Objecto, quia
Objectum ipsum in se certitudinem non habet.)
Haec duo nulla nos negamus. Objectum non
est aliquid, quod sit nullum coram certitudine
sui ipsius, sed est aeque certum, imo est funda-
mentum Certitudinis nostri met ipsius. Ex dictis
supra patet.) als der eingegangenen Thätigkeit
des Ich, wird für dasselbe diese Identität." (ib. §. 427)

3, Das Product dieses Prozesses ist daß Ich sich mit sich selbst
zusammenschließt, wirklich ist. "Nach der äußerlichen Sei-
te bleibt es in dieser Rückkehr zunächst als Einzelnes
bestimmt und hat sich als solches erhalten, weil es sich
auf das Selbstlose (haec negamus et pernegamus)
Object nur negativ bezieht, dieses insofern nur auf-
gezehrt wird (ib. §. 428)

— Quomodo nunc perveniat hic m. Conscientia
sui immediata (quae nihil scit, quod non
sit Objectum sibi non conscium) quomodo
inquam, perveniat in notitiam Objecti
sui ipsius conscii?

Audiatur: " Aber das Selbstgefühl, daß ihm
(dem unmittelbaren Selbstbewußtsein) in
der Befriedigung wird, bleibt nach der
inneren Seite oder an sich nicht im
abstracten Fürsichsein oder nur seiner
Einzelnheit, sondern als die Negation (Realita

negatio quae super accurrit, quomodo est unde? parum refert, modo adsit, vere Deus ex machina!) Negation der Unmittelbarkeit und der Einzelheit enthält das Resultat die Bestimmung der Allgemeinheit und der Identität (o bona Identitas! vere bona ut sis soror negationis!) des Selbstbewußtseins mit seinem Gegenstande. – Das Urtheil oder die Diremtion dieses Selbstbewußtseins ist das Bewußtsein eines freien Objekts. (haec ergo ultima producitur creatur a priori illud) in welchem Ich das Wissen seiner (hoc notetur) als Ich hat, das aber noch außer Ich ist."

Ita fit conscientia sui objectiva, quam vocat agnoscentem. Vide articulum sequentem.

Nota permutationem rerum: Cum Cupidinem quae est res alterius Ordinis miscet cum conscientia sui. Conscientia sui habet pro Objecto Verum nostrum Cupido vero Bonum.

C. Conscientia sui agnoscens (das anerkennende Selbstbewußtsein) est Conscientia sui relata ad aliam Conscientiam sui. Hoc negotium agnitionis alterius Ego est summum bellum, quod primum exitum habet in victoria alterutrius. Ego victor dominatur, victus vero famulatur; quae relatio cum magis magisque in dies perficitur, exsurgit tandem

– Es ist ein Selbstbewußtsein für ein Selbstbewußtsein, zunächst unmittelbar, als ein Anderes für ein Anderes.
Ich schaue in ihm als Ich unmittelbar mich selbst an, aber auch darin ein unmittelbar daseiendes (haec est palmaris contradictio) als Ich absolut gegen mich selbständiges, anderes Subjekt (?!?), das Aufheben der Einzelheit des Selbstbewußtseins war das erste Aufheben; es ist damit nur als besonderes (particulare) bestimmt. –
Dieser Widerspruch gibt den Trieb sich als freies Selbst zu zeigen. (Warum? Wie?) und für den Andern

als solches Anderes zu sein, — der Prozeß des Anerkennens. (§. 430.
„Er ist ein Kampf." §. 431.
„Der Kampf des Anerkennens geht also auf das Leben und Tod." §. 432.
„Indem das Leben so wesentlich als die Freiheit ist, so endigt sich der Kampf zunächst als einseitige Negation mit der Ungleichheit, daß das eine der Kämpfenden das Leben vorzieht, sich als einzelnes Selbstbewußtsein erhält, sein Anerkanntsein aber aufgibt, das Andere aber an seiner Beziehung auf sich selbst hält und vom Ersteren als dem Unterworfenen anerkannt wird: — das Verhältniß der Herrschaft und Knechtschaft.
„ib. §. 433. —

Huj. m. momentum theoriam obtinet suam veritatem saltem ex parte mutatis terminis; ponatur sc. ex una parte Ego divinum, a suo principio omnibus numeris absolutum, ex alia parte Ego passivum contingens ex nihilo productum et se gradatim perficiens. — Si hoc ultimum actionem prioris non recipit ut debet, erit huj. m. bellum. — At si recipiat, nullum erit omnino. — Si ita termini ponantur tunc erit verum quod addit: „dieser, der Knecht aber arbeitet sich im Dienste des Herrn seinen Einzel- und Eigenwillen ab, hebt die innere Unmittelbarkeit der Begierde auf, und macht in dieser Entäußerung und der Furcht des Herrn den Anfang der Weisheit, — (sed non ut addit in suo sensu,) — den Uebergang zum allgemeinen Selbstbewußtsein.

§. Conscientia sui universalis sive generalis (das allgemeine Selbstbewußtsein), quae est affirmativa notitia sui ipsius in altero se ipso, quorum uterque uti liberum Singulare, absolutam autonomiam possidet, sed per negationem suae cupidinis (i.e. illius, quod est in ipso immediatum) ab alio se non distinguit, universale (generale) et objectivum est. Et ita fit unitas conscientiae et Conscientiae sui Objectivi et Subjectivi, cujus veritas Ratio est.
„das allgemeine Selbstbewußtsein ist das affirmative Wissen seiner selbst im anderen Selbst, deren jedes als freie Einzelheit absolute

(*) Selbstständigkeit (*) (contradictio in terminis) hat, aber vermöge der Negativität seiner Unmittelbarkeit oder Begierde, sich nicht vom Andern unterscheidet, allgemeines und objectiv ist, und die reelle Allgemeinheit als Gegenseitigkeit so hat, als es im freien Andern sich anerkannt weiß, und dieß weiß, insofern es das Andere anerkennt und es frei weiß." ib. §. 436."

(*) unde haec autonomia? si eam habet, unum non habet alterum, si alterum, non habet primum. Autonomia non est absoluta, si habet aliam a latere.

„Diese Einheit des Bewußtseins und des Selbstbewußtseins enthält zunächst die Einzelnen als in einander scheinende. Aber ihr Unterschied ist in dieser Identität die ganz unbestimmte Verschiedenheit oder vielmehr ein Unterschied, der keiner ist. — Ihre Wahrheit ist daher die an und für sich seiende Allgemeinheit und Objectivität des Selbstbewußtseins, — die Vernunft." §. 437."
Hic videtur non satis recte ad conscientiam redire quod jam in conscientiam sui, et quidem duplicem sibi contrariam, olim transivit. Nam dicit „Diese Einheit des Bewußtseins etc" sed cujus conscientiae? Simplex conscientia, jam in aliam transmigravit.

3. Ratio) Vernunft) est veritas in se et propter se existens (an und für sich), quae est Identitas Subjectivitatis notionis et ejus Objectivitatis et universalitatis (generalitatis). Haec ratio, universalis utique, continet hoc modo ex una parte Objectum universale, quod permeat τὸ Ego alia vero ex parte τὸ Ego ipsum purum transcendens et complectens illud Objectum.
Ratio igitur est Conscientia sui, proindeque certitudo quod ejus determinationes et objectivae sunt (determinationes substantiae rerum), et subjectivae (propriae ejus cogitationes). Hoc modo Ratio, utpote hujmodi Identitas, non solum est absoluta substantia sed et absoluta veritas (tanquam scientia, Wahrheit als Wissen.)

Atque est haec via et ratio, qua Hegel demonstrare ratus est, unum esse idemque et esse et cogitare (das Sein und das Denken).

„Die an und für sich seiende Wahrheit, welche die Vernunft ist, ist die einfache Identität der Subjektivität des Begriffs und seiner Objektivität und Allgemeinheit. Die Allgemeinheit der Vernunft hat daher ebensosehr die Bedeutung des im Bewußtsein als solchem gegebenen, aber nun selbst allgemeinen, das Ich durchdringenden und befassenden Objekts, als des reinen Ich, der über das Objekt übergreifenden und es in sich befassenden reinen Form." (§. 438.)

„Das Selbstbewußtsein, so die Gewißheit, daß seine Bestimmungen ebensosehr gegenständlich, Bestimmungen des Wesens der Dinge, als seine eigenen Gedanken sind, ist die Vernunft, welche als diese Identität nicht nur die absolute Substanz, sondern die Wahrheit als Wissen ist. Denn sie hat hier zur eigenthümlichen Bestimmtheit, zur immanenten Form den für sich selbst existierenden reinen Begriff, Ich, die Gewißheit seiner selbst als unendlicher Allgemeinheit. — Die wissende Wahrheit ist der Geist." (§. 439)

Deinde prosequitur doctrinam de Spiritu, qui ex ipso est subjectivus, objectivus et absolutus. Subjectivus est anima, ratio, spiritus, (theoreticus + practicus et liber). Objectivus est Jus, moralitas Ethica.

Absolutus est: Ars, Religio (revelata) Philosophia. — Sed quod hic spiritus agit, id ipsum in generali acceptione agit Absolutum ipsum, illa Idea primitiva quae

Subjectiva est Idea = Logica

Objectiva Natura = Philosophia Naturae

Absoluta est Spiritus = Philosophia Spiritus.

— Logica rursum est subjectiva, objectiva et absoluta. Subjective est Esse (qualitas, Quantitas, Mensura) Objective est Substantia (Essentia, Phaenomenon,

(Realitas)

Absolute est Notio (Subjectum, Objectum, Idea),
= Natura est iterum Subj: Obj: Absol:)
Subj: est Mechanica (spatium et tempus, materia et motus absoluta mechanica.)
Objectum est Physica (Individualitas universalis, particularis totalis)
Absolutum est organica (Geologia, vegetabilis, Animalis)
= Spiritus jam vidimus, sed subjectivus ab auctore dividitur in Antropologiam (de anima), Phaenomenologiam (de conscientia sui) et Psychologiam (in hac ultima spiritus dividitur in theor: pract: et liberum.)

II: Posita identitate cogitationis et esse sumit pro principio Absolutum Schelingii, quod paucis mutatis unum idemque est ac Substantia unica Spinozae, et Εν και Παν antiquorum (Scholae Eleaticae).

1º Hoc Absolutum est ante omnia notio (Begriff) primitiva et absoluta, quae per logicam dialecticam sibi ipsi inhaerentem fit Idea, et primum quidem Idea logica, quae est totalitas omnium Categoriarum

Ex superius allata divisione systematis Hegelii patet quem locum in ipso occupat hoc primum momentum. Singulis testimoniis ipsius auctoris exponere rem hic loci nec est possibile, nec vacat, nam suo loco opportunius fieri poterit.

Hic notabimus solummodo notionem (Begriff) Hegelii esse ipsum Esse, et Esse esse notionem. Ejus logica incipit a his verbis Esse et notio (Das Sein ist der Begriff), notio non quavis, sed κατ᾽ ἐξοχήν, ie ij Haec ~~notio~~ identitas notionis et Esse cum non sit probata (nam superiore minime id probarent) neque ex se evidens, imo contrarium omnibus evidens est; hinc initium ipsius Systematis et cum ipso totum systema evertitur

./.

Dicit postea: "Das Sein ist der Begriff nur an sich", in se. In hoc momento consistit ejus Logica.

2º Haec notio primitiva, cum sit esse primitivum, ut cognoscat quid sit in se, virtute propria ponit Aliud, τὸ ἕτερον (ein Anderes): – cujus dialectica realis dat mundum i.e. naturam.

3º Ad ultra progrediens eadem notio, quae est Idea absoluta cum jam cognoscat in natura, quid sit in se, vult fieri idem propter se (für sich), et per ultimam Synthesin pervenit in conscientiam sui absolutam; atque hoc modo eadem ipsa fit Spiritus.

His paucis absolvimus in praesentiarum expositionem Systematis Hegelii. Nam in Metaphysica haec eadem ex professo tractabimus.

Unum tantum advertemus, ne systematam immane impune transeat. Ago dum ergo advertas vitium ipsum Organicum, et ut ita loquar, peccatum originale huj: m. Systematis. Ipsum sc: supponit illud aliquid primitivum (quam notionem vocat) simul et reale et ideale praeditum esse virtute absoluta se explicandi ad ulteriorem suam formam, initio autem nullam formam in se habere. Jam vero cum Ens forma non existat (quod videtur ipse Hegelius ultro admittere, nam apud ipsum postea venit Existentia, das Dasein), ideoque nec potest agere. Et certe Ens non agit nisi per suam formam. Si non potest agere, jam evidens est ipsam illam explicationem virtutis primitivae impossibilem esse. – Rursum si illud primitivum et Esse et Nihil sunt sine forma, non distinguuntur, cum nisi per formam distinctio fieri non possit. Si non distinguuntur, nec habent causam et medium distinctionis, quomodo tandem distinguentur?

At, si non distinguuntur, quomodo procedet ille, quem vocat processus, seu reciproca actio? — Sc: fundamentum ipsum desideratur.

III Methodus hujusmodi Systematis est una eademque ac Systema ipsum, sumpta est autem a Fichtio. Una cum ipso methodus haec procedit per thesin, antithesin, et synthesin, quibus tribus momentis absolutis respondent tres termini methodici, sc: notio, judicium, conclusio.

Tres termini isti alio omnino sensu summuntur a Hegelis, ac communiter ab omnibus: et in primis notio non est ea, quam nos vocamus Idea, sive cognitio de Objecto aliquo, quod veniat ex abbreviatione (uti etiam Kant admittebat), sed:

1° *Notio* (Begriff) est id, quod debet explicari sc: notio est *thesis* primitiva, nondum explicata, in qua omnia sunt unum; haec notio est Idea absoluta et *concreta*. Haec sola notio est vera.

Caeterae notiones de rebus videlicet individualibus, sensibilibus, distinctis, relativae sunt et abstractae, nam res hujusm. Hegelio sunt abstractiones.

Omnis tamen notio est virtualitas, est natura rei, est id, quod debet explicari.

2. *Judicium* (Urtheil) est actus, per quem se explicat notio sc: judicium est antithesis sive negatio, in qua notio fit Aliud τὸ ἕτερον, est igitur alienatio, scissio, seu ut Hegel a germanica voce Urtheil latinam immerito deducit, est diremtio.

3. Conclusio (Schluß) est summa h. m. explicationis,

sc: conclusio est synthesis conjungens ea, quae judicium separavit ita ut concludere nihil sit nisi rem claudere (schließen). In conclusione per negationem negationis, quae fit affirmatio identitatis notio regreditur ad se ipsam.
In notione res est in se (an sich) i.e. virtualiter, potentialiter, semen tamen reali δυνάμει; in judicio fit propter se (für sich) tanquam quid aliud. in conclusione revertens ad se ipsam fit actualiter id, quod est potentialiter, est simul et in se et propter se (an und für sich).
Istiuc est syllogismus universalis realis juxta et speculativus. Ipse autem reproducitur tanquam typus primordialis in omnibus partibus intermediis, in omnibus rebus mundi et in omnibus notionibus spiritus. Haec est summa methodi Hegelianae, quae uti patet identica est cum ipsius systemate.
Certe systema huj. m. non caret aliqua specie, etsi minime veri, tamen alicujus ordinis, pulchritudinis et harmoniae. Sc. Schelling suum systema poëma dixit, Hegel suum rectius forte appellare potuit gothicum aedificium, in quo idea totius in unaquaque parte resplendeat, ita ut totum eo sublimius assurgere videatur.
Verum enimvero ea vel maxime quae hoc systema extollere videntur, eadem omnino sunt, quae ejus fundamenta convellunt, ejusque ruinam accelerant. Nimirum hoc systema non aliam ob causam illam speciem ordinis et harmoniae prae se fert, nisi quod ordine, systematice ex toto omnem veritatem neget. Servet proinde eundem ordinem in negatione, quem veritas in affirmatione, sc: affirmat id, quod veritas negat et negat quod illa affirmat. Hinc fit, ut connexio inter partes maxima exsurgat eadem prorsus, quae et in veritate, licet universa ratione, et totum systema simile efficiatur photographiae ut vocant, negativae, quae mundum reproducit satis fideli effigie, licet inverso lumine, ita ut alba faciat nigra, nigra vero alba. —

Cum hoc systemate potior nobis et frequentior erit conflictus. Hic vero loci ea solum attigimus, quae ad ejus principium spectant, et quae ex nostrâ doctrina ideali dejici possunt.

Continuatio in libro secundo

